opari iā bona nō licet. q̄ cum agē licuit cōtempſit. De q̇bꝰ adhuc
apte qđ ſequiť intelligi p̄t. Circumdabūt te ⁊ coanguſtabūt te
vndiqꝫ. Maligni quippe ſpūs vndiqꝫ anguſtāt aīam. qn̄ ei non
ſolum opis. ſꝫ etiā locutiōis ⁊ inſuꝑ cogitatiōis iniq̇tates repli
cāt vt q̄ prius ſe ꝑ multa dilatauit ī ſcelere. ad extremū de oībꝰ
anguſtieť in retributiōe. Si em̄ diſtricte penſeť cuiꝰ ſit pōderis
impropeiū ex ore veritatꝫ agnoſciť. cum negligēti ⁊ futura nō
prouidēti dr̄. Et quidem ī hac die tua q̄ ad pacē tibi nunc aūt ab
ſcōdita ſunt ab ocul' tuis. Nā cogitādum valde eſt q̄ꝫ terribilis
erit hora nr̄e reſolutiōis. q̇s pauor mentis. quāta tunc oīm ma
loꝝ memoria. q̄ obliuio trāſacte felicitatis. q̄ formido ⁊ cōſidera
tio iudicis. Quid ergo nobis eſſe de p̄ntibꝰ ad delectationē de-
bet qn̄ ſimul cunctis trāſeuntibꝰ non valet trāſire qđ imminet
qn̄ ⁊ hoc funditꝰ finitur qđ diligiť ⁊ illud īcipiť vbi dolor nunq̄ꝫ
finitur. Tunc maligni ſpūs egrediēte aīa ſua oꝑa requirūt tūc
mala q̄ ſuaſerūt replicāt. vt ſociā ad tormētum trahāt

Hieronymꝰ in epl'a ad demetriadē. Reſpuanť honores. de-
ſpiciātur diuitie. Ipſa q̇ꝫ vita nr̄a martyrij amore cōtemnatur
Et hec oīa et ſi ꝓ eternitatis p̄mio nō darentur. eſſent tn̄ qn̄qꝫ
peritura. Amittūt hec etiā illi qui ſemꝑ cupiunt poſſidē. q̄ꝫ mul
tos memoria nr̄a retinet in maximis honorıbꝰ ⁊ diuitijs cōſti-
tutos repēte de ſummo illo potētie faſtigio cōcidiſſe et eos qui
tumore elati aliud quidēꝫ q̄ꝫ hoīes ſe iā putabant exitu ſuo tan
dē docuere nos q̇d fuerit. Quid em̄ in hoc mundo ſtabile q̇d fir
mū eſt. q̇d porro nō breue ⁊ incertū. ⁊ caſui nō ſeruiens. Quale
illud bonū eſt: qđ ſemꝑ timeas amittē vel qđ auferēdum abs te
metuas vel a te relinquēdum ſcias. Nā ⁊ ſi nullo eripiať caſu l'
morte certe ꝑdendū eſt. Et ſi vita nr̄a tenꝑatur ꝑ mille ānos et
ad extremū illum diē totiꝰ etatis cottidiana deliciaꝝ volupta-
te veniamꝰ. q̄le hoc q̄ſo diu eſt qđ fine deleť. Age iā tranſactum
vite tue tempꝰ animo reuolue. Nōne videbitur tibi vmbra q̄-

dam fuiſſe q̄d trāſijt ⁊ inſtar ſomnij tenuis incertum eſſe omne
q̄d videtur. Hoc idem ⁊ decrepitꝰ ſenex ſentire p̄t cui cōuenit di
cere cum ꝓpheta. Dies mei ſicut vmbra declinauerūt. ⁊ ego ſi-
cut fenum arui. ¶ Ex dialogo Gregorij.
¶ Vir quidā in hoc mundo valde diues fuit Criſoriꝰ nomine
ſed tm̄ vitijs plenꝰ quātum rebꝰ. ſuꝑbia tumidꝰ. ſue carnis vo
luptatibꝰ ſubditus. in acquirēdis rebꝰ auaricie facibꝰ accenſus
Sꝫ cum tot malis dn̄s finem ponē decreuiſſet corꝑali hūc mo
leſtia ꝑcuſſit. Qui ad extremum veniēs eadem hora q̄ iam erat
de corꝑe exiturus aꝑtis oculis vidit tetros ⁊ nigerrimos ſpūs
corā ſe aſſiſtē ⁊ vehemēter imminere vt ad inferni clauſtra ſe ra
perēt. Cepit tremiſcē palleſcere ⁊ ſudare. ⁊ magnis vocibꝰ in-
ducias petē. filiumq̄ʒ ſuū noīe maximum quem ipē iam mona-
chus monachum vidi nimijs ⁊ turbatis vocibꝰ clamare dicēs
Maxime curre. nunq̄ʒ tibi mali aliq̄d feci. in fide tua me ſuſcipe.
Turbatꝰ mox maximꝰ affuit lugēs ⁊ ꝑſtrepēs familia cōuenit
Eos aūt q̄s ille inſiſtētes ſibi grauiter tolerabat. ipi malignos
ſpūs videre nō poterāt. ſed eoꝝ p̄ntiā in cōfuſione ī pallore ac
tremore illiꝰ qui trahebat̄ videbāt. Pauore autē eoꝝ tetre ima
gis huc illucq̄ʒ v̄tebat̄. in lectulo iacebat ī ſiniſtro latē aſpectum
eoꝝ ferre nō poterat. v̄tebat̄ ad parietē ⁊ ibi erāt. Cūq̄ʒ cōſtri-
ctus nimis etiā ſe relaxari deſꝑauit. cepit magnis vocibꝰ clama
re. Inducias vſq̄ʒ mane. Sꝫ cum clamaret in ipis vocibꝰ de ha
bitaculo ſue carnis euulſus ē De q̄ nimiꝝ cōſtat q2 ꝓ nobis iſta
nō ꝑ ſe viderat vt eiꝰ viſio nobis ꝓficiat. q̄s adhuc diuina potē
tia lōganimit̄ expectat. Nā illi tetros ſpūs añ mortē vidiſſe et
inducias petiſſe. q̇d ꝓfuit qui eaſdē inducias quas petiuit non
accepit. ¶ Itē aliud idē. ¶ Eſt apud nos athanaſiꝰ
preſbyt̄ licaoni q̇ in diebꝰ ſuis lictonij rem terribilē narrat eue
niſſe. Ibi nāq̄ʒ vt ait q̄dā monaſteriū cōgalaton dr̄. in q̄ quidā
monachꝰ magne eſtimatiōis habebat̄. bonis quippe moribꝰ vi-
debat̄. at in oī ſua actiōe ꝯpoſitꝰ. Sꝫ ſicut ex fine res patuit lon
ge aliter q̄ʒ apparebat fuit. Nā cum ſe cū fr̄ibꝰ ieiunare mōſtra
ret. occulte māducare cōſueuit. q̄d eiꝰ viciū fr̄es oīno neſciebāt
Sꝫ corporis ⁊ mentis moleſtia ad vite extrema perductꝰ eſt.
Qui cum iā eſſꝫ ad finem fr̄es ad ſe omnes q̇ in monaſterio in-
erant congregari fecit. At illi vt putabant tali viro moriente

magnū quid ac delcābile ſe ab eo audire crediderūt. Quib⁹ ille afflict⁹ ꝛ tremens cōpulſus eſt ꝓdere. qm̄ hoſti tradit⁹ cogebat exire. Nā dixit. qn̄ me ieiunare vobiſcū putabatꝭ. occulte come debā. Et ecce nūc ad deuorandū draconi ſum dat⁹ q̄ cauda ſua genua mea pedeſqꝫ colligauit. caput vero ſuum intra meum os mittēs ſpm̄ meū ebibēs abſtrahit. Quib⁹ dcīs ſtatim defunct⁹ eſt. atqꝫ vt penitēdo ſe liberare potuiſſꝫ a dracone quem viderat expectat⁹ nō eſt. Q̄d nimiꝝ cōſtat qꝛ ad ſolā vtilitatē audienti um viderat eū hoſtē cui tradit⁹ fuerat ꝛ innotuit ꝛ nō euaſit.

¶ Ex vitiſpatꝝ Exemplum.

¶ Abbas ſylois ſedēs in cella ſp claudebat oſtium ſuum. Dice bāt aūt de ipo qꝫ in die dormitiōis ſue cū ſederet circa eū pr̄es re ſplēduit tanqꝫ ſol facies ei⁹. Et d̄t eis. Ecce abbas Anthonius venit. ꝛ poſt puſillū rurſus d̄t eis. Ecce chor⁹ ꝓphetaꝝ. Et iteꝝ ampli⁹ facies ei⁹ reſplēduit ꝛ d̄t. Ecce chor⁹ aptoꝝ venit. Du plicit adhuc refulſit facies ei⁹. ꝛ ecce ipſe cū aliqb⁹ loqbat. Dep cati ſunt aūt illum ſenes dicentes. Cum q̄ loq̄ris pr̄. Qui dixit eis. Ecce angeli venerunt accipe me. ꝛ rogo vt dimittar penite re modicū. Dicūt ei ſenes. nō indiges pn̄ia pr̄. Dixit āt illis. ve re neſcio me vel initiū pn̄e feciſſe. ꝛ cognouerūt oēs qm̄ ꝑfect⁹ eſt. Et rurſum fcā eſt facies ei⁹ ſicut ſol. ꝛ timuerūt oēs. Dixit aūt eis. Videte ecce dn̄s venit dicēs. Afferte mihi vas electio nis heremi. ꝛ cōtinuo reddidit ſpm̄. Et factum ē fulgur ꝛ reple tus eſt tot⁹ ille locus odore ſuauitatis

¶ Ex vita ſancti Hieronymi

¶ Aduenīete die q̄ venerabilis Euſebius migratuꝝ ſe ſcierat. tercio die preeūte. lāguore febriū concuſſus valide ſup terrā nu dā mgr̄i ſcꝫ Hieronymi nō imemor ſe nudū fecit deferri a frīb⁹ admonēs frēs ſingulos in ꝓpoſito manē. Deniqꝫ ſaccū quo glo rioſus induebat Hiero⁹ deferri fecit ꝛ ſup ſe poni. Ordinauit qꝫ ſe nudū inſtar glorioſi mgr̄i extra ecclīam in q̄ iacebat ſci hie ronymi cadauer ſepeliri. Poſt hec ꝑione accepta ſe dn̄o ꝛ glori oſo hieronymo cōmendauit. ꝛ ſic ꝑ triduū locutione. corꝑaliqꝫ viſiōe priuat⁹. circūſtantib⁹ frīb⁹ paſſiōes dn̄i ꝛ alia legētib⁹ iacuit. Die āt mortis duab⁹ ſe horis an̄ beate aīe exitū cepit ve nerabilis pr̄ Euſebi⁹ tam horribiles act⁹ agē vt circumſtātes monachi tanqꝫ amētes iacerēt in terra. nā qn̄qꝫ trāſuerſis ocul'

iunctis manib⁹. facie horribili. diraqꝫ voce clamabat. Nō faciā nō faciam. Mentiris. mētiris Post hec faciem ī terrā quātum poterat firmās clamabat. Adiuuate me frēs ne peream. Monachi aūt flentes ⁊ tremētes interrogabāt eū. Quid habes pater Quib⁹ ille. Non videtis demonū agmina q̄ me debellare cupiunt. At illi. Quid te facturꝫ volebāt cū dicebas. nō faciā. Et ille. Conātur vt blasphem⁹ inueniar. Et iō sic clamabā. Tūc illi. Quare faciē tuam abscōdebas in terra. Ne ait aspectū eorū videre tam terribilē ꝙ oēs pene nihil sunt respectu illi⁹ Int̄ hec verba act⁹ priores reiterās sic ad extrema deuenit. Frēs aūt pauidi ⁊ stupētes stabāt velut mortui nesciētes q̄d facerēt. Ad extremā autem horā venieti gloriosus eidē Hieronym⁹ apparuit cōfortās eum. Ad cui⁹ aduentū ꝑterrita illa demonū turba. euanuit Et viderūt hieronymū monachi quidam: alij āt has voces ab Eusebio audiebāt Uñ venis pr̄: Quare tm̄ morat⁹ es: Cui vox illa audientib⁹ fratrib⁹. Expecta fili ne formides. q2 te nō deseram quē tm̄ diligo. Qua voce audita. breui discurso tp̄e venerabilis Eusebi⁹ expirauit. Ad cui⁹ corp⁹ fiebant miracula ꝑterite vite sanctitatē insinuātia Int̄ que q̄dā monach⁹ sui monasterij pre lachrymis ⁊ vigilijs oculorum lumine priuat⁹ stati vt corp⁹ ei⁹ venerādū facie tetigit oculoꝝ lumē recepit. Quidā demoniac⁹ etiā obui⁹ sepeliēdo corpi liberat⁹ est.

¶ Aliud ex distinctione nona.

¶ Legit̄ in libro de vij. donis ꝙ narrauerit q̄dam frater nomīe Gualter⁹ mgr̄ in theologia. ꝙ cum eccia q̄dā ꝯsecrari deberet et quidā nobilis comes excōicat⁹ ibidem sepult⁹ eijciend⁹ esset ꝓpter cōsecrationē. patefacto sepulchro. apparuit īmanissim⁹ bufo sup̄ faciem ei⁹ totam eā operiēs ⁊ corrodēs. ⁊ alij v̄mes ⁊ serpētes. ad q̄ꝝ aspectū ⁊ horrorē oēs qui aderāt fugerūt. Fili⁹ autem dicti comitis iuuenis hec audiēs accessit. Et visa sanie carnis paterne ⁊ vermiū. mirabili diuersitate ⁊ horrore dixit. Isti sunt amici nr̄i quos nutriūt delicie nr̄e hos quiescere facim⁹ in mollib⁹ lect; ⁊ pictis thalamis. ⁊ augmētam⁹ diuersitate ferculoꝝ. Meli⁹ est ergo vt extinguātur in vita ꝑ pn̄iam. molestent̄ per ieiuniū. vt interfecti a nobis nō occurrāt in morte. Et relicto principatu ⁊ oī gloria mūdi fugit. cogitās se beatum si fieret pauꝑ ꝓ christo. Venit āt romā vbi in timore dei mirabilit̄ cor-

pus ſuū afflixit: carbonarij etiā inibi ſortit⁹ officiū dempto ſolo ſuo cōfeſſore omnib⁹ hoīb⁹ vſqꝫ in finē vite ſue ꝑmāſit incognitus. Tandē veniēs qdā die romā vt carbones vendēt. ibidē infirmitate graui ꝑcuſſus ⁊ vulnerat⁹ patiētiſſime ⁊ mitiſſime ſuſtinuit. deinde vocat⁹ a chriſto felicit̄ aduolauit. Quo migrāte oēs vrbis campane vltro ⁊ ꝑ ſe diuina ꝟtute ſonuerūt. Q̄d cū tā papa Joānes q̄ꝫ vniuerſus ppl's vehemētiſſime mirarēt. cōfeſſor ipſi⁹ ſacerdos qdā hō ſcē vite totum vite ſue ordinē ⁊ qs eſſet enarrauit. Quod audiētes ſui nobiles ⁊ milites q̄ eum ibidem queſierūt licet viuū non inueniſſent corp⁹ tamen defuncti ad terrā ſuam cum gaudio deduxerunt

¶ Aliud ex libro de illuſtrib⁹ viris.

¶ Cōuerſus quidā de frīb⁹ clareuallis. Innocētis vite ⁊ ꝯuerſationis honeſte cū grauit̄ aliquādiu egrotaſſet. tandē ad extrema deuenit. Intrauit ad eum grā viſitationis beatus Bern̄. et confortās eum ait. Confide fili qꝛ migratur⁹ es iam de morte ad vitā. de labore tꝑali ad requiē ſempiternā. Ille ꝟo cum ingēti fiducia rn̄dit. Quidni: pergā ad dominum ⁊ creatorē meum. vere ꝯfido ⁊ quātum de mīa dn̄i ieſu chriſti p̄ſumere audeo certus ſum qꝛ cito viſur⁹ bona domi in terra viuētium. Porro beatus Bern̄. vt erat medic⁹ ſapiens paſtorqꝫ ſollicit⁹ timens homini ruſticano ne tam fida rn̄ſio de p̄ſumptiōis magis temeritate q̄ꝫ conſcīe puritate ꝓcedēt ait. Signa cor tuū frater ſigna cor tuū. quid eſt qđ locut⁹ es. vn̄ tibi ſubrepe potuit tāte p̄ſumptionis audacia. Enīuero tu non es ille pauꝑcul⁹ ⁊ miſerabilis hō qui cum nil aut ꝓpe nihil haberes ī ſeculo nccītate forſan magis q̄ꝫ timore dei cogēte ad nos cōfugiſti. multis p̄cib⁹ tandem aditum impetrādo. nos ꝟo dei cauſa collegim⁹ inopem. ⁊ parē te fecim⁹ victu atqꝫ veſtitu ceteris. qꝛ cōicaſtis his q̄ nobiſcum ſunt ſapiētibus atqꝫ nobilib⁹ viris ⁊ fact⁹ es quaſi vn⁹ ex illis. Quid igit̄ tribuiſti dn̄o ꝓ omnib⁹ iſtis. Et ecce nō ſufficit īgratitudī tue gratis accepiſſe te tot bn̄ficia de manu dn̄i. niſi ⁊ regnum ipſi⁹ hereditatis iure vendices tibi. Ad hec ille rn̄dens blādo vultu ⁊ trāquillo aīo dixit Bene pr̄ chariſſime bn̄ vtiqꝫ perorasti. ⁊ ꝟa ſunt oīa q̄ dixiſti. Verūtamē ſi iubes loq̄r ad te dominū ⁊ patrē meum. ⁊ paucis aperiā. vn̄ mihi pauꝑi ⁊ miſero ſuggeri potuit tāte non p̄ſumptiōis. ſed vt ego ſpero deuotiōis

occaſio. ſi tamen ꝟa eſt illa p̄dicatio veſtra quam nobis ſepius
inculcaſtis qꝛ ſcʒ regnum dei nō carnis nobilitate. nō terrenis
diuitijs poſſidetur. ſʒ ſola obediētie ꝟtute acq̃ritur. Hãc inquã
ſententiam tanq̄ʒ verbum abbꝛeuiatum a dño ſedula cōmemo
ratione apud me cōtinui. ponēs illud quaſi ſignaculum ſuꝑ coꝛ
meum aſſidue meditãdo. ⁊ ſuꝑ bꝛachium meum ſollicite operã
do. Querite ſi placet ab omnibꝰ mgr̄is meis ⁊ ſocijs qbꝰ me ob
ſequi ⁊ ſeruire iuſſiſtis ſi cuiq̄ʒ illoꝝ aliquãdo inobediēs fui. ſi de
fratribꝰ noſtris quempiam ꝟbo aut ſigno vel quolibet alio mō
quãtum in me fuit cōtriſtaui. Qđ ſi opam dedi omnibꝰ in chꝛi-
ſto obedire. omnibꝰ ſeruire. cunctos ꝑ dei grãm diligē. quis pꝛo
hibere me p̄t vt de miſcdia eiꝰ non cōfidam? Beatꝰ itaq̄ʒ Bern̄.
cum tale rn̄ſum ab hoīe ruſticano accepiſſet gauiſus ē gaudio
magno ⁊ ait. Vere beatꝰ es fili chariſſime. qꝛ caro ⁊ ſanguis nō
reuelauit tibi ſapiam hãc. ſed pater celeſtis ipſe te docuit. ip̄e po
ſuit aīam tuam ad vitam. rectiſſimoq̄ʒ tramite ꝑduxit ad patri
am. Jam ergo ſecurus egredere. qm̄ patefacta ē tibi ianua vite.
Defuncto itaq̄ʒ fratre ⁊ exequijs celebꝛatis. venerabilis pr̄ de
cōuerſatione ⁊ cōſummatione eiꝰ ſermonem in capitulo luculē
tum ſua illa deuotione ⁊ facūdia peroꝛauit. omneſq̄ʒ illiꝰ exem-
plo ad amoꝛem obediētie mirabilit̄ accendit vehemēter nãq̄ʒ af
fectꝰ fuit in reſponſiōe illiꝰ ⁊ magis cōgratulabatur ei ſuꝑ obedi
entie ꝟtute ⁊ ſuper ipſiꝰ anime puritate q̄ʒ ſi vidiſſet eum ſignis
et pꝛodigijs coruſcãtem.

## ¶ Sequitur Secūdum nouiſſimo- rum de extremo iudicio.

SEcūdum nouiſſimoꝝ cuiꝰ frequēs meditatio nos
a peccatis reuocat. eſt iudicium nouiſſimū ⁊ finale.
Huiꝰ em̄ memoꝛia nō ſolū cohibet nos a maximis
pctis. verumetiam a culpis ⁊ minimis pctis. Vn̄ in
vitaſpatꝝ legit̄. ꝙ cum quidam ſenex vidiſſet quēdam iuuenē
diſſolute ridētem. dixit ei. Coꝛã celo ⁊ terra reddituri ſumꝰ rō-
nē totiꝰ vite nr̄e. ⁊ tu rides? Quaſi dicēt. Si ſcires q̄ʒ ſtricta rō
fiet poſtmodū in iudicio de omnibꝰ pctis quãtumcūq̄ʒ leuibꝰ ⁊
paruis. Utiq̄ʒ nō ridēs. ſʒ potiꝰ plāgēs ⁊ doleres. qꝛ nūc tps ē
flēdi. locꝰ ⁊ pctã luēdi. poſtea gaudebūt q̄ nūc ſua crimia flebūt

Vn̄ Grego. in omel. Pn̄tis tp̄is ita eſt agēda leticia. vt nunq̄
amaritudo ſequētis iudicij recedat a memoria. Hinc eſt ꝙ dn̄s
dicit Eccl. xxxviij. Memor eſto iudicij mei. nā cum accepo tem-
p⁹ ego iuſticias iudicabo. Sic ꝑ ꝓphetam loq̄tur. et Johel. vlti.
Cōſurgāt ⁊ aſcendāt gētes in valle ioſaphat. q̄ ibi ſedebo vt iu-
dicē in circuitu oēs gentes. Item Hiēmie. ij. Adhuc iudicio cō-
tēdam vobiſcū ait dn̄s. De q̄ generali iudicio ſcribit Oſee. iiij.
Audite ꝟbum dn̄i filij iſrl. q̄ iudiciū dn̄o cum habitatorib⁹ ter-
re. hoc āt iudicium valde ē timendū. Vn̄ ꝓpheta dt. A iudicijs
tuis timui. Item Sap. v. Videtes turbabūtur timore horri-
bili. gemētes pre anguſtia ſpūs. Certe dn̄e in hoc die turbabun-
tur gētes ⁊ timebūt qui habitāt terminos a ſignis tuis. nec im-
merito pauebūt. q̄ multa horribilia erūt ſigna q̄ videbūt. Nā
vt ſcribit Luce. xxi. Cum viderit filium hoīs venientem in nu-
be cum ptāte magna ⁊ maieſtate. tūc erunt ſigna i ſole ⁊ luna ⁊
ſtellis. Et in terra preſſura gētium pre cōfuſiōe ſonit⁹ maris et
fluctuū. ita vt areſcēt hoīes pre timore ⁊ expectatiōe q̄ ſupueni-
et vniuerſo orbi. O miſer hō cogita illi⁹ iudicis. dei ſcʒ ⁊ hominis
tam horribilē aduētum. nā ignis in cōſpectu ei⁹ exardeſcet. ⁊ in
circuitu ei⁹ tempeſtas erit valida. Ignis inq̄ ante ipm̄ p̄cedet ⁊
inflāmabit in circuitu inimicos ei⁹. Vn̄ ad Hebre. x. Terribilis
aūt eſt quedā expectatio iudicij ⁊ ignis emulatio. q̄ ꝯſumptura
eſt aduerſarios. Et Malachie. iij. Ecce dies veniet ſuccēſa qua-
ſi camin⁹. ⁊ erūt oēs ſupbi ⁊ oēs facientes ipietatē ſtipula. Itē
Eſa. lxvi. Ecce dn̄s in igne veniet. Vn̄ Johel. ij. Ante faciē ei⁹
erit ignis vorās ⁊ poſt eum exurēs flāma. Et iō ſicut ſcribitur
Mala. iij. Quis ſtabit ad vidēdum eū? Ipſe em̄ quaſi ignis cō-
flās ⁊ q̄ſi herba fullonū. ⁊ ſedebit cōflans ⁊ emundās argētum
Quis ergo ſane mētis hūc iudicē ⁊ aduētum ei⁹ toto corde nō
timebit? Grego. ſup Ezechielē. Que erit mens hoīs eterni iudi-
cis pn̄tiam nō formidātis. vbi ſimul pctā an̄ oculos redeunt. ⁊
oīa q̄ cum delectatione acta ſunt ad memoriā cum pauore redu-
cant. Certe vt ſcribit Prouer. xxviij. Viri mali nō cogitāt iu-
dicium. q̄ autem requirūt deum aīaduertūt oīa. Bern̄. in proſa
Expaueſco quidē multum iudicis venturi vultū. quem latebit
nil occultum. nec reliq̄t quid inultū. ⁊ q̄s nr̄m nō timebit. qn̄ iu-
dex apparebit. ignis an̄ quem ardebit. pctōres q̄ delebit. Eſt āt

hoc iudiciũ ſpecialiť metuendũ ꝓpter tria. Primũ eſt multiplex
accuſatio ipſis pctõꝛibꝰ valde grauiter ꝑhoꝛrēda. Secundũ eſt
ſtrictiſſima villicatiõis rõ de oibꝰ ſingulariter faciēda. Terciũ
eſt hoꝛribilis ſnĩe expectatio. q̃ a iuſto iudice tũc crudeliť coꝛam
cunctis hoĩbꝰ contra inſenſatos ꝓfereť. Que oĩa ſunt pctõꝛibꝰ
plurimũ metuēda. ⁊ ꝑ ꝯñs coꝝ memoꝛia eſt a pctĩs retractiua

¶ Qꝫ iudiciũ timendũ eſt ꝓpter multiplicē accuſationē.

Eſt igiť primũ ꝓpter qđ iudicium eſt valde ⁊ ſpecialiť timē
dum. multiplex accuſatio q̃ in ipſis pctõꝛibꝰ valde grauĩ
ter eſt ꝑhoꝛrēda. vñ multa inueniũtur ⁊ numerãtur in ſcriptu
ra q̃ in nouiſſimo die pctõꝛes accuſabũt. primũ eſt ꝯſcĩa ꝓpꝛia q̃
pctõꝛem arguet nõ in occulto vt nũc. ſed coꝛã oibꝰ tunc aperte.
Daniel. vij. Ad iudiciũ ſedet ⁊ libꝛi aperti ſunt. i. ꝯſcĩa q̃ oibus
reuelabiť. In his libꝛis cõtineť ſnĩa vite ⁊ moꝛtis glĩe ſeu cõfu-
ſionis ſalutis vel dãnationis ſempiterne. Itē Apocal. xx. In
durati ſunt moꝛtui ex his q̃ ſcripta erãt in libꝛis. i. in cõſcientijs
eoꝝ. Vñ ad Roma. ij. Teſtimoniũ illis reddēte ꝯſcĩa eoꝛum.
Nã ſicut teſtimoniũ bone ꝯſcĩe hoĩs iuſti eſt gloꝛia. ita teſtimo
niũ praue ꝯſcĩe eſt accuſatio dãnatio ſeu pena. Scđm quod ac
cuſat pctõꝛem ſunt diaboli ⁊ ſpũs maligni. Ipſi em̃ ſicut ꝓdito
res ſuggerunt pctm̃ faciendũ. ac de facto ⁊ cõmiſſo pctõꝛem ac
cuſabũt ſicut ſocꝰ furis interdũ accuſat furem de eo qđ fecit cũ
eo. Ideo Apoca. xij. Diabolꝰ accuſatoꝛ fratrum noĩatur. Vñ
Augꝰ. Aſtabũt oēs ante tribunal chꝛiſti ⁊ preſto erit diabolꝰ.
et recitabit ỽba ꝓfeſſionis nr̃e. ⁊ obijciet nobis in faciem quid
⁊ in quo peccauimus. ⁊ in quo loco. ⁊ quid facere debuimꝰ. Di-
cturꝰ eſt em̃ ille aduerſarꝰ noſter. Equiſſime iudex iudica iſtuꝫ
eſſe meum ob culpã. qui tuꝰ noluit eſſe ꝑ grãm tuꝰ eſt ꝑ naturã.
meꝰ per miſeriã. tuꝰ eſt ꝑ cõpaſſionē. meus ob ſuaſionē. tibi ino
bediēs. mihi cõſentiēs. a te accepit ĩmoꝛtalitatis tunicã. a me ac
cepit hãc pannoſam tunicã qua indutꝰ eſt. tuã veſtem dimiſit.
cum mea huc venit. Equiſſime iudex iudica ergo illum eſſe me-
um. ⁊ mecum cõdemnãdum. Hec Augꝰ. Tercium ꝙ pctõꝛes
accuſabit ſunt angeli ⁊ ſpũs beati. Credibile eſt em̃ ꝙ ille q̃ tra-
didit eis aĩas cuſtodiēdas. req̇ret ab eis de huiõi cuſtodia rõeꝫ

Et cū illi nō mētiātur. nec culpā alienā ſibi debēt iputare. opoꝛtebit eos dicē φ ipi nō ſint in culpa ſꝫ pctōꝛes q̇ noluerūt eis credē ⁊ obedire. ſicut nō eſt culpa medici q̇ nihil omittit de ꝑtinētibꝰ ad curā infirmi ſi nō ſanat languidū ſibi inobedientē. Hiere. li. Curauimꝰ babylonem ⁊ nō eſt curata. Eſt vbū angeloꝝ. q̄ſi dicēt. Fecimus qđ neccāriū erat fieri circa babylonē vt curaret. ſed culpa ſua fuit φ nō eſt curata. ¶ Quartū accuſans pctōꝛez ſunt creature. ⁊ ſi q̄ſieris q̇: dico φ oēs ⁊ ſingule. Nā offenſo creatoꝛe totꝰ mundꝰ odio habebit offenſoꝛē. Vñ Job. xx. Reuelabūt celi īpietatē impij. ⁊ terra aduerſus eū conſurget. Nam dñs aduocabit celū de ſurſum. ⁊ terrā deoꝛſum diſcernē ppl'm. Chꝛyſoſto. ſup Matthēū. In illo die nihil ē qđ rñdeamꝰ vbi celū ⁊ terra. ſol ⁊ luna. dies ⁊ nox. ⁊ totꝰ mundꝰ aſtabunt aduerſum nos ī teſtimoniū pctōꝝ nrōꝝ. Et ideo dī Grego. Si q̄ris quis te accuſabit. dico φ totꝰ mundꝰ. ⁊ creature nō ſolū accuſabunt pctōꝛem. verūetiā pctōꝛem de ipō vindicabunt. Sap. v. Armabit creaturā ad vltionē inimicoꝝ ⁊ pugnabit cum eo oꝛbis terraꝝ ꝯtra inſenſatos. i. pctōꝛes Itē eiuſdē xvi. Creatura tibi factoꝛi deſeruiēs: excādeſcit ī toꝛmentū aduerſus īiuſtos.

¶ Quintū accuſans pctōꝛem. ſunt miſerabiles ꝑſone q̄ iniuriā paſſe ſunt. Nā ille eos tūc accuſabūt q̇ ipſis īiuriā fecerūt. Tūc em̄ verificabit verbū ꝓphete in pſalmo ſic dicētis. Cognoui q̄ faciet dñs iudiciū inopis ⁊ vindictā pauꝑis. nā ipſe q̇ intuetur abyſſos. q̇ ambulat ſuꝑ pennas ventoꝝ. terribil' in cōſilijs ſuꝑ filios hoīm. tunc iudicabit cauſas paupeꝝ q̄n ſtabunt in magna cōſtantia aduerſus eos q̇ ſe anguſtiauerūt Tūc vindicabit oīa pater oꝛphanoꝝ ⁊ iudex viduaꝝ. Patiētia ꝓo paupeꝝ nō peribit iu finē. Accuſabūt etiā ſubditi ſuos impios ⁊ negligētes ꝓlatos. Bern. ſuꝑ Cañ. O terribilis deꝰ ſuꝑ filios hoim. fruſtra incipiēt dicē tunc miſeri montibꝰ. cadite ſuꝑ nos. ⁊ collibꝰ cooperite nos. Veniēt añ tribunal chꝛiſti ⁊ audiet ppl'oꝝ grauis querela. accuſatio dira quoꝝ vixere ſtipēdijs nec diluere pctā q̇bus facti ſunt duces ceci. ⁊ mediatoꝛes fraudulēti. ¶ Sextum accuſans pctōꝛem eſt pctm̄. Hieremie. ij. Arguet te malicia tua et auerſio tua increpabit te. Vñ pctā erunt ligata ad collū peccatoꝛis. Oſee. iiij. Colligata eſt iniq̄tas effraim. abſconditū eſt peccatum eiꝰ Vñ Treno. pꝛimo. Cōuolute ſunt ⁊ ipoſite col-

lo meo ſcʒ iniq̊tates mee. Et ideo ſicut furtum ligatum ad collū
furis accuſat eum. ſic ⁊ tunc pctā accuſabunt miſerum peccato-
rem. Prouerbioꝝ. v. Iniquitates ſue capient impium. ⁊ funi-
bus peccatorum ſuorum quibꝰ conſtringitur. Hinc eſt ꝙ per ꝓ
phētam dicitur. Funes peccatorum circumplexi ſunt me quibꝰ
inquam funibꝰ mali per diabolum trahentur ad infernum. tūc
enim cadent in retiaculo eius peccatores ⁊ captio quam abſcō-
dit apprehendet eos. ¶ Legitur de hericio ꝙ intrās ortum one
rat ſe pomis figēs ea in aculeis. Cum autem venerit ortulanꝰ.
tunc ericius volēs fugere impeditur ab onere. ⁊ ſic cum pomis
comprehēditur ⁊ arreſtatur. Sic etiam accidit peccatori diuer
ſis peccatis onerato in die iudicij comphēditur et accuſabitur
ab eiſdem. Unde Pſalmiſta. Cognoſcetur dominꝰ iudicia fa-
ciens in operibꝰ manuū ſuarum comphenſus eſt peccator. De
quo Chryſoſtomꝰ ſuper Mattheum dt. Ipe cogitatiōes ⁊ ſpe
cialiter opera ſtabunt ante oculos noſtros accuſantes nos an-
te deum. dicēte apoſtolo. Cogitationibꝰ inuicem accuſantibus
Bernardꝰ. Tunc opa nr̄a ſimul loquentia dicent ad pctōrem.
Tu nos egiſti. opa tua ſumus. non te deſeremꝰ. tecum erimꝰ te
cū ad iudiciū pgemꝰ. Ezechiel. xviij. Sicut iuſticia iuſti erit ſu
per eū. ſic ipietas ipij erit ſup eū. Hinc ē ꝙ Pſal. dt. Audite hec
omnes gētes. auribus percipite qui habitatꝭ orbem. Cur time
bo in die mala id eſt in die iudicij. que nō ſolum mala immo peſſi
ma eſt cuilibet peccatori. Ad quod rn̄det ſibiipſi dicens. Igitur
tunc timebo. qꝛ iniquitas calcanei mei circumdabit me. ¶ Sep
timum ⁊ vltimum accuſans peccatorem ſunt tormenta ſiue in-
ſtrumenta paſſionis ieſu chriſti. immo verius ipſemet chriſtus
Vn̄ Hiero. Crux chriſti cōtra te pugnabit. ⁊ chriſtus per vul
nera ſua contra te allegabit. cicatrices contra te loquētur. ⁊ cla
ui de te cōquerētur. Hinc Auguſtinꝰ in tractatu de ſimbolo ſic
dicit. Fortaſſis dominꝰ in corpe ſuo cicatrices obſeruabit. vt in
iudicio pctōribꝰ exprobraret. ⁊ cōuincens eos dicat. Ecce hoīeʒ
quem crucifixiſtis. ecce deum ⁊ hoīem in quem vos ifelices cre-
dere noluiſtis. videte vulnera que infixiſtis. agnoſcite latus qđ
pupugiſtis. qđ ꝓpter vos aptū eſt ⁊ itrare noluiſtis. Nūc etiā
ipe chriſtꝰ accuſans pctōres dicet illđ qđ Naū iiij. habet̄ ſcriptū
Reuelabo pudēda tua. ⁊ oſtēdā egētibꝰ nuditatē tuā ⁊ regnis

tuis ignominiā tuam. O ſee. ij. Reuelabo iuſticiā eius in oculis
mandatoꝝ ei⁹. ⁊ vir nō eruet eum de manu mea. O q̄ꝫ triſtes ⁊
q̄ꝫ deſolati erunt in hoc die miſeri pctōres. Nūc em̄ v̄t ſcribitur
Apoca. i. Videbit eum ocul⁹. ⁊ qui eum pupugerūt. ⁊ plangēt
ſuꝑ eum omnes trib⁹ terre. Tunc pctōr videbit ⁊ iraſcetur. dē
tib⁹ ſuis fremet ⁊ tabeſcet.

### ¶ Quod iudicium timēdum eſt ꝓpter reddēdam rationem

Aliud qđ iudicium reddit timoroſum ē ſtrictiſſima villica
tionis nr̄e ratio de oīb⁹ ſingulariter facienda. Lu. xvi. Redde
rōem villicatiōis tue Jā em̄ non poteris ampli⁹ villicare. Cha
riſſime ſi eſſes rōem redditur⁹ mille florenoꝝ corā dn̄o tꝑali iu-
ſto prudēti ⁊ ſeuero. multū deberes ſollicitari ꝓ bona ꝯputatio
ne faciēda. Quis ergo multomagis ſollicitās ⁊ vigilās ꝓ reddē
da rōne de cōmiſſis bonis corā deo ⁊ angel' ⁊ oīb⁹ ſcīs. qb⁹ tūc
pn̄tib⁹ ⁊ aſtātib⁹ te neccārio oportebit cōputare. nō ſolū de ma
iorib⁹. verūetiā de minimis vſqꝫ ad vltimū quadrātē. Vn̄ Eſa.
iij. Dn̄s ad iudiciū veniet cum ſeniorib⁹ ppl'i ſui ⁊ principib⁹ ei⁹
Et Zacha. xiiij. Veniet dn̄s deus me⁹ oēſqꝫ ſcī ei⁹ cū eo. videlꝫ
ad iudicium generale: qđ erit in publico corā oībus hoīb⁹. et nō
in occulto. ⁊ iō tanto magis eſt timendum. Vn̄ Sophonie. iij.
Mane iudicium ſuū dabit in lucē. ⁊ non abſcōdetur. Erit ergo
ratio multimoda de cunctis tunc reddēda. ¶ Primo videlicꝫ
de aīa a deo nobis data ⁊ cōmiſſa. Si em̄ rex filiā ſibi dilectiſſi-
mā quam in regno diſpoſuit facē reginā. alicui cōmiſiſſet ſubdi-
toꝝ ſuoꝝ ⁊ ille eā male cuſtodiſſet. quis dubitat quin rex exigēt
rōem de cuſtodia filie ſue taliter neglecte? Quid ergo faciet rex
celoꝝ de illo cui filiā ſuā. i. aīam ſpecialiter ſibi dilectā tradidit ī
cuſtodiā. qnā intendit ad dignitatē regiā ſublimare ī celis. ſi eā
male cuſtodiunt. nōne magnā exiget inde rōem? Jō dr̄ Deutro
nomij. iiij. Cuſtodi temetipm̄ ⁊ aīam tuā ſollicite. Nā ſicut dr̄
Aug⁹. Maius eſt dānum ī amiſſiōe vni⁹ aīe q̄ꝫ mille corporum
Vn̄ Bern̄. in li. meditationū ſuaꝝ. Tot⁹ iſte mund⁹ ad vnius
aīe ꝓcium eſtimari non pt̄. Et ideo dr̄ ibidē. Cur carnē tuā ꝓci
oſis reb⁹ impinguas ⁊ adornas. quā poſt paucos dies vermes
comeſturi ſunt ī ſepulchro? Et aīam tuā bonis opib⁹ non deco
ras. q̄ deo ⁊ angel' ei⁹ in iudicio ē pn̄tanda. Cur aīam vilipēdis

et ei carnē anponis: Dn̄am ancillari. ꝛ ancillā dn̄ari. mag̃ abuſio eſt. Jdē in libro de ꝯtēptu mūdi. Hodie filij hoīm curam aīe negligūt. curā autē carnis oī deſiderio ꝑficiūt. neqꜫ em̄ peccare metuūt ſꜫ puniri. Tu ergo chariſſime noli min⁹ dignū pl⁹ diligē magis digno. noli corp⁹ diligē ꝛ aīam negligē. noli ancillam extollē ꝛ dn̄am ꝑmittē ancillari. Vn̄ Chryſoſt. in li. de reparatione lapſi. Si aīam negligam⁹ nec corp⁹ ſaluare poterim⁹. Non em̄ aīa ꝓ corpe. ſed corp⁹ ꝓ aīa factū eſt. Qui g̃ qđ primū eſt negligat. ꝛ ſcḋm qđ inferi⁹ eſt extollit ꝛ cuſtodit. vtrūꜫ corrumpit Qui v̄o ordinē ſeruat ꝛ qđ primū eſt colit ꝛ cuſtodit. ꝛ ſecūdū neglexerit ꝑ primi ſalutē ſaluabiť ꝛ ſcḋm. Si g̃ volueris aīam tuā ſaluare. ꝛ bonā inde dn̄o rōem reddē. ipſam īſtrue ſciētijs ꝛ v̄tutib⁹ diuinis. Vn̄ dt̄ Plato in Thimotheo. Ad hoc aīa eſt adiuncta corpi vt fenoreť ſcias ꝛ v̄tutes. ſi cū magno fenore venerit. benigne recipieť a ſuo creatore. ſin autē relegabiť ad inferna. ¶ Scḋo reddēda erit rō de corpe nr̄o. Jpſum ſiqdem ē caſtꝝ a deo nobis traditū ꝛ cōmiſſum. Ber. Bonum caſtꝝ cuſtodit q̄ corp⁹ ſuū cuſtodit. Exigeť ergo rō de cuſtodia h⁹ caſtri. videlʒ ſi inimici dn̄i. i. carnis voluptas ꝛ vitia aliq̄n ſunt recepti: et familiares eiuſdē ꝛ amici. i. v̄tutes ꝛ bona opa abinde turpiť ſunt effugati. Si diabol⁹ ibi fuerit recept⁹. ꝛ chriſt⁹ verus dn̄s cōfuſo mō ſit excluſus Qđ ſi fecerim⁹ magna erit ſuſpicio de nota ꝓditiōis nr̄e ꝛ infidelitatis. ꝛ ſtabim⁹ ad reddēdaʒ exinde rōnē. Jtem corp⁹ nr̄m eſt iumētum a deo nobis cōceſſum vt ipſo vtamur ꝓ aīe nr̄e cōmodo ꝛ vtilitate. de q̄ debem⁹ reddē rōem. quo ad tria. Vn̄ Ecci. xxxiij. Cibaria v̄ga ꝛ onus aſino. panis diſciplina ſeruo. Tā aſinus qꜫ ſeru⁹ deſignat nr̄m corp⁹ cui debeť panis ad ſuſtentationē nature. v̄ga diſcipline ad rep̄ſſioneʒ laſciuie. ꝛ onus boni opis ad ꝑfectum pm̄e. Exiget igiť dn̄s primo de hoc ſuo iumēto ſulli pabulū diſcrete miſtrauerim⁹ nō nimis laute ipm corp⁹ nutriēdo. Nā qui ſeruū ſuum delicate nutrit. poſtea illū ſentiet cōtumacē. vt habeť Prouer. xxix. Etiā nō nimis modicū de neccāˀtijs ipſi corpi tribuēdo. qđ ſi fecerim⁹ reputabimur ꝓprioꝝ corpoꝝ perēptores. Cōtra qđ loquiť ſic Bernard⁹ in ep̄la ad frēs de monte dei. Sunt ꝛ alia corpoꝝ exercitia. in quib⁹ neceſſe ē laborare. ſicut vigilie. ieiunia. ꝛ huiōi. q̄ ſp̄ualia nō impediūt ſed adiuuāt. ſi cum rōe ꝛ diſcretiōe fiant. q̄

ſi ex indiſcretiõis vitio ſic agãtur vt vel deficiẽte ſpũ vel lãguẽ
te corꝑe ſpũalia impediãt. q̇ ſic eſt. corꝑi ſuo abſtulit boni opis ef
fectum. ſpũi affectum ꝓximo exemplum. ⁊ honorem deo. ſacri-
legꝰ eſt ⁊ hoꝝ omnium ĩ deum reꝰ. Et ergo Grego. xxx. morali
um ſic ait. Per abſtinẽtiam carnis vitia extinguẽda ſunt. non
caro. ſed neceſſe ẽ vt artem ꝯtinẽtie quiſq̃ teneat. q̇ nõ carnẽ ſed
vitia occidat. Sepe em̃ dum ĩ illa hoſtem inſeq̃mur. etiã ciuem
quem diligimꝰ trucidamꝰ. ¶ Secũdo exiget ſi ꝟga diſcipline il
lud correxerimꝰ a rebellione ⁊ laſciuijs illud cohibebo. Bern. ſu-
per cãti. Jugo diſciplĩe inſolẽtia moꝝ eſt domãda. Item dr̃ idẽ
in epl'a. O q̃ compoſitũ reddit oẽm corꝑis ſtatum necnõ ⁊ mẽ
tis habitum diſciplina. ceruicem ſubmittit. ⁊ ponit ſuꝑcilia. cõ-
ponit vultum. ligat oculos. cachinnos ꝓhibet moderat linguã
frenat gulam. ſedat iram ⁊ format ĩceſſum. ¶ Tercio exiget do
minꝰ ſi ipm̃ corpꝰ laborare fecerimꝰ in opibꝰ pñie ⁊ ꝟtutum Vñ
Augꝰ in li. de baptiſ. puuloꝝ. Proptẽa de paradiſo emiſſus eſt
Adam ⁊ cõtra Edon habitauit. vt ſignificaret q̄ ĩ laboribꝰ qui
ſunt delicijs cõtrarij erudiẽda eſt caro pcti. Vñ corpꝰ nr̃m re-
putãdum eſt aĩal laborioſum ad opa pñie faciẽda nobis a deo cõ
modatũ. Noli ergo illud tenẽ ocioſum cũ ignoras q̃diu penes
te manebit cũ imꝑfcõ ope pñie ab illo qui cõceſſerat forſitan im
prouiſe repetat Et ergo dr̃ Chryſoſt. Si mutuo accepis equũ
aut bouẽ inſtãter oparis. ⁊ dicis forte. cras a me tollet. q̃re hoc
etiã nõ facis equo corꝑi ſcꝫ tuo? Sic ergo iumẽtum tuũ a chri
ſto tibi cõceſſum diſcrete nutrias vt ſuſtentet natura ⁊ domenẽ
vitia. Sic ꝟga diſcipline corrigas vt maneat ĩ obediencia ⁊ ful
geat caſtimonia. ſic ad laborem ĩſtruas vt ꝓfugent ocia ⁊ faciat
digna pñie opa. tũc finaliter poſſis dño bonam ⁊ valẽtem ex in
de reddẽ rõem ¶ Tercio reddẽda eſt rõ de ꝓximis. ⁊ primo pa
tri de filio. hoc habet primo Regũ tercio. vbi legit̃ q̄ Heli puni-
tus eſt ꝓ filijs ſuis eo q̄ nouerat illos ĩdigne agẽ ⁊ nõ corripu-
it eos delinquẽtes. Et ergo dr̃ Prouer. xxix. Erudi filium tu
um. Vñ quidam. Si tibi ſit natꝰ peccãtem corrige natum Ne
ve ſuũ luere poſſis de iure reatum Item ꝓ̄latis de ſuis ſubditis
Ezechiel. xxxiij. Fili hoĩs ſpeculatorem dedi te domui iſrael.
Audiẽs ergo ex ore meo ſermonem annunciabis eis ex me. Si
me dicẽte ad impium. Impie. morte morieris. ⁊ locutꝰ non fue-

ris vt ſe cuſtodiat impiꝰ a via ſua ⁊ ipſe in iniq̄tate ſua moritur.
ſanguinem eiꝰ de manu tua req̄ram. Item eiuſdem. xxxiiij. Ec
ce ego ipſe ſup paſtores ⁊ req̄ram gregem meum de manu eoꝝ
Item dn̄s ſiue princeps terrenꝰ rōem etiam reddet de ſuo īferi
ori atq; ſubiecto. Hoc ptꝫ Numeri. xxv. vbi legit̄ ꝙ princeps a
dn̄o iuſſi ſunt ſuſpendi ī patibulis ꝓpter pctm̄ ppl̄i. q2 fornica-
tus fuit ppl's cum filiabꝰ moab : q̄ vocabāt eos ad ſacrificia ſua
⁊c̄. vt ibidem legit̄. Tales ergo ſunt pcipes ⁊ plati de quibus
ſcribit Hieremie. xxv. Vlulate paſtoēs ⁊ clamate. aſpergite vos
cinere optimates gregis. q2 completi ſunt dies vr̄i vt interficia
mi ⁊ cadetis q̄ſi vaſa pcioſa. Videāt ergo plati eccl̄ie ⁊ pricipes
vniuerſe terre. qui alijs preſunt ⁊ imperāt. q̄liter commiſſum ſi
bi gregem vbo pariter ⁊ exēplo inſtruūt. regūt. defendūt. Pre
lati nāq; debent ppl'm docē et a lupinis hereticoꝝ̄ inſultibꝰ vul-
pinisq; fraudibꝰ ſagaciter defenſare. Principes vero terre debēt
peccātes corrigē. ſibi ſubditis iuſticiā ⁊ iudicium facē. pupillos
et viduas. miſerabileſq; pſonas diligēter ptegere. nec quenq; i-
iuſtis actionibꝰ ſeu moleſtijs aggrauare. Sciāt em̄ fore ſcriptū
Sap. vi. ꝙ iudiciū duriſſimū in his qui pſunt fiet. exiguo em̄ cō
cedit̄ miſ'dia. potētes autem tormēta patiētur. Ad vos oēs er
go platos eccl̄ie ⁊ principes vniuerſe terre ſunt hi ſermōes mei
vt diſcatis ſapiam ⁊ non excedatis. ac ſubditos ſic inſtruite di-
ligite ⁊ defenſate vt duriſſimū hoc iudicium. vbi fortioribꝰ forti
or ⁊ maioribꝰ maior iſtat cruciatio. ſecure ī die nouiſſimo valea
tis expectare. ¶ Quarto reddēda erit rō de oībus opibꝰ ⁊ com
miſſis. Vn̄ Athanaſiꝰ in ſimbolo ſic dt̄. ꝙ ad aduentum chriſti
oēs hoīes reſurgē hn̄t cum corpibꝰ ſuis. ⁊ reddituri ſunt de fa-
ctis ꝓprijs rōem. Et hoc ē ꝙ apl's innuit. ij. ad Corin. v. vbi dt̄
Oēs nos maīfeſtari oportet an̄ tribunal chr̄i. vt recipiat vnuſ
quiſq; ꝓpria corpis put geſſit. ſiue bonum ſiue malū. Vn̄ Eccl̄.
vlti. Cūcta q̄ fiunt adducet dn̄s in iudiciū ⁊ nō ſolū magna ⁊ g̃
uia pctā ſed etiā q̄ in oculis nr̄is videnẗ modica ⁊ q̄ſi nulla Vn̄
paruū quid videt̄ paſſus hoīs. ſꝫ de eo erit rō reddēda. Job xiij
Obſeruaſti oēs ſemitas meas. et veſtigia pedū meoꝝ cōſidera
ſti. Et ſubdit capitulo ſequēti. Tu quidem greſſus meos dinu
meraſti. Itē. xxxiiij. Oculi eiꝰ ſuper vias hoīm. ⁊ omnes greſ-
ſus eiꝰ conſiderat ſcꝫ ad retribuēdum quod in illis perpetrauit.

Exẽplum de angelo numerãte paſſus hẽmite. De q̃ legit in vi-
tiſpatꝝ. Minꝰ eſt ꝟbum ocioſum. Et tñ ſic ſcribit Mat. xij. De
omni ꝟbo ocioſo qđ locuti fuerĩt hoĩes reddẽt de eo rõem in die
iudicij. Vñ Sap. i. Qui loq̃tur iniqua nõ poterit latere nec ꝑ
teriet illum correctionis iudicium. Minimũ videt cogitatio va
na. ⁊ tñ đr Sap. i. In cogitationibus impij introgatio erit. Et
eiuſdẽ. vi. Ipſe cogitatiões nr̃as ſcrutabit. Vñ Eſaie vltimo.
Ego ãt opa eoꝝ ⁊ cogitatões veniã vt ꝯgregẽ cũ gẽtibꝰ videlꝫ
ad iudicãdum ꝓut gẽtes iudicabo. De q̃ habet Iohel. iij. In die
bus illis cõgregabo oẽs gentes. ⁊ reducã eas in valle ioſaphat.
et diſcrepabo cũ eis ibi ſuꝑ pplo meo ⁊ hereditate mea iſrl. Oĩa
ḡ opa cogitatiões ⁊ ꝟba rõe ſtrictiſſima iudicabũtur. Nã ⁊ đt
Gregoriꝰ. ſuꝑ illud Mat. xxiiij. Oẽs capilli vr̃i numerati ſunt.
Sic deꝰ omnes vias nr̃as conſiderat ⁊ greſſus dinumerat vt
nec mĩme cogitationes aut ꝟba minutiſſima q̃ apud nos value
runt in eiꝰ iudicio maneãt indiſcuſſa. Nũc eñ vniuerſa opa no
ſtra tanq̃ȝ in frõtibꝰ nr̃is eſſent ſcripta erũt oĩbꝰ manifeſta. Nã
vt ſcribit Ecci. xi. In fine hoĩs denudatio illiꝰ opeꝝ. ¶ Quĩ
to erit reddẽda ratio non ſolum de malis cõmiſſis. ſꝫ etiã de bo-
nis ꝑtermiſſis. Vñ Mat. xxv. Tunc dicet rex his q̃ a ſiniſtris
eiꝰ erunt. Diſcedite a me maledicti ĩ ignem eternum. qui ꝑpara
tus eſt diabolo ⁊ angelis eiꝰ. Eſuriui ⁊ nõ dediſtis mihi mandu
care. ⁊ cetera q̃ ſequũtur Et fuit vna de cauſis quare diues epu
lo non inuenit aque refrigerationẽ. qꝛ pauꝑ lazarꝰ de micis eiꝰ
menſe nihil potuit obtinere. Item nõ ſolum de cõmiſſis ⁊ omiſ
ſis reddet ratio. ſed etiam de tꝑe ꝑdito in q̃ mala fcã ſunt. ⁊ bona
neglecta. Vñ Ecci. xvij. Numeꝝ dierum ⁊ tempus dedit illis
dñs. vt ipſis ſalubriter ad eiꝰ honorem ⁊ ꝓpriam ſalutẽ vtãtur.
Qđ multi tñ vilipẽdunt ⁊ tempꝰ inutiliter cõſumunt. De q̃bꝰ
Bernardꝰ ad ſcholarẽ conq̃ritur ſic dicẽs Nihil ꝑcioſiꝰ tꝑe. ſed
heu hodie nihil viliꝰ reputat. Tranſierunt dies ſalutis. ⁊ nemo
recogitat. nemo ſibi perire diem ⁊ nunq̃ȝ redituram cauſat. Sꝫ
ſicut non peribit capillus de capite. ita nec momẽtum de tꝑe vi
delꝫ de quo rõ non exiget. O quãtum hoc timebat beatꝰ Ancel-
mus in meditationibꝰ ſuis ita dicẽs. O lignum aridũ eternis
ignibꝰ dignũ. q̃d eñ rñdebis in illa die cũ exiget a te vſq̃ȝ ad ictũ
oculi omne tẽpus viuẽdi tibi impẽſum q̃lr fuerit a te expẽſum.

et iō dicit ſapiēs Eccl.iiij. Fili cōſerua temp⁹. ¶ Sexto ꝛ vltio reddēda erit rō de oib⁹ donis a dño deo pceptis. Ipſe em̄ dñs nihil dat de q̄ non velit hr̄e rōnem. Vn̄ poti⁹ videt̄ cōmodare q̄ ſimpl'r dare Ipſe em̄ reqret rōnem de omni dato. ſiue ſit ſpūale vt ſunt bona aīe naturalia acq̄ſita ꝛ infuſa. ſiue corpalia vt ſunt fortitudo agilitatis ꝛ pulchritudo. Siue tpalia vt ſunt diuitie. ptātes. ꝛ honores. De his oib⁹ pz exēplariter ꝛ pabolice. Matthei.xx. de quinqȝ talētis Et Lu.xix. de nobili q̄ tradidit ſeruis diuitias. De quib⁹ oib⁹ oportuit rō reddi ꝛ cōputatio fieri ſpecialis. Et ergo ſicut ſcribit̄ Job.xix. Scito eſſe iudiciū ſcȝ breuiter faciēdum. in quo de oib⁹ ꝛ ſingulis ſuperi⁹ iam poſitis ratio ſtrictiſſima exiget̄. Quare dicebat Job.xxxi. Quid faciā cū ſurrexerit ad iudicandū dñs. ꝛ cum q̄ſierit q̄d rn̄debo illi. O q̄ velociter veniet q̄rens ꝛ interrogās de oībus opib⁹ nr̄is. Nā iuxta eſt dies perditiōis ꝛ adeſſe feſtināt tpa. ſcȝ qn̄ iudicabit dñs pplm ſuū. Quia vt dr̄ Abdie primo. Juxta ē dies dñi ſup omnes gētes. Ipſe nāqȝ dr̄ in Apoca.iij. Ecce venio cito. Et ergo dicit̄ in euāge. Marci.xiij. Uigilate neſcitis em̄ qn̄ dñs veniet. an media nocte. an gallicātu. an mane. ne cum venerit repēte inueniat vos dormiētes. Qd̄ autem vobis dico oib⁹ dico. Uigilate. vigilate. Nam ſi nō vigilaueris veniam ad te tanq̄ fur. et neſcies q̄ hora veniam ad te. Item Apoca. vltimo. Ecce venio cito ꝛ merces mea mecū eſt reddē vnicuiqȝ ſcd̄m opa ſua. ꝛ ergo chariſſime cum de tot ꝛ tātis oportebit te iam cito ꝛ q̄ſi improuiſe ꝛ ſubito rōnem reddē ſemp vigila. diligēter te examina. cōſciētiam q̄ȝ tuam fundit⁹ expurga. Ut cum dñs ad iudicādum venerit poſſis eidem cōuenieter rn̄dere. Et in oculis ei⁹ gratiā ac veniam pctōꝝ miſericordie inuenire. Et hoc ē qd̄ ſuadet̄ tibi Eccl'iaſt.xviij. ibi dr̄. Ante iudiciū temetipm̄ interroga ꝛ in conſpectu dei inuenies ꝓpiciationem

¶ Quod iudicium timēdum ſit ꝓpter ſententie probationem.

PRimū qd̄ finale iudicium reddit formidabile ꝛ pauescēdū eſt horribilis ſn̄ie expectatio q̄ a iudice tūc crudeliter ē ferēda. Hec aūt ſentētia eſt terribilis ſpāliter ꝓpter tria. Primum

eſt incertitudo ſnīe ſiue dubitatio. Nulli em̄ conſtat an ꝓ ſe vel
contra ſe ferat̄. Nā vt dr̄ Eccl'.ix. Sunt iuſti atq; ſapiētes. ⁊
opa eoꝝ in manu dei ſunt. ⁊ tn̄ neſcit hō vtꝝ odio an amore di-
gnus ſit. ſed oīa in futuro ſeruant̄ incerta. Vn̄ legit̄ in vitaſpa-
tꝝ. ꝙ cū abbas agaton moriturꝰ ꝑ tres dies ſtaret īmobilis ap
tis oculis. ⁊ frēs eū pulſarent dicētes. Abba vbi es? Rn̄dit in
cōſpectu oīm iudicis aſſiſto. Et dixerūt frēs Tu times. Dixit
Intima ꝟtute q̄ potui mādata dei cuſtodiui. ſ; hō ſum. ⁊ neſcio
vtꝝ opa mea accepta ſint corā deo. qꝛ alit̄ ſunt dei iudicia. ⁊ alit̄
hoīm. Et iō nec cōfido. niſi venero an̄ deum. Dicit em̄ Gregoꝰ.
Sepe iuſticiā meā ad examen diuīe iuſticie inducta īiuſticia eſt.
et plerūq; ſordet in ꝯſpectu iudicis. qđ in ītentiōe fulget operā-
tis. Vn̄ Prouer. xiiij. Eſt via q̄ videt̄ hoībꝰ recta ⁊ nouiſſima
eiꝰ ducunt ad interitum. Et qꝛ iſte ſcūs pr̄ Agaton hec cordiali
ter aduertebat. iō q̄uis in mādatis dei cuſtodiēdis diligentiſſi-
mꝰ fuit. futuꝝ tn̄ iudicium valde timuit ⁊ expauit.

¶ Itē legit̄ adhuc in vitaſpatꝝ. ꝙ quidā ſenex dixit. Tres res
timeo. Unā videl; qn̄ aīa mea egreſſura ē de corpe. Alia qn̄ oc-
curſura ē ipſi deo. Tercia ꝟo qn̄ finalem ſnīam ī die nouiſſimo
expectauerit auditura. ecce q̄liter multi ſanctoꝝ patꝝ hoc iudi-
ciū timuerūt. ꝓpter incertitudinē ſnīe tunc ferēde. Et ꝟo meri
to valde timēdum. Vn̄ Mat. vij. ⁊ ſunt ꝟba ſaluatoris. Mul-
ti dicēt mihi dn̄e dn̄e. nōne in noīe tuo ꝓphetauimꝰ et demonia
eiecimꝰ. ⁊ ꝟtutes multas fecimꝰ. Et tūc ꝯfitebor illis dicēs. Di
ſcedite a me qꝛ nunq̄ noui vos. Si ꝓphete ⁊ fugātes demones
et miracula in dei noīe faciētes. tūc repellent̄. quis tā ſancte hic
poſſet viuē ꝙ in hoc iudicio non habeat tremē? Nullꝰ veriſſime
cum nō ſit mundꝰ a ſorde ſup terram. etiā; nec infans vniꝰ diei.
Hinc eſt qđ ſcribit̄ Eſaie lxiiij. Facti ſumꝰ oēs nos vt īmundꝰ.
quaſi panus mēſtruate vniuerſe iuſticie nr̄e. Igit̄ de oībus opi
bus nr̄is in hoc iudicio ꝓcedēdis quātumcūq; etiam videātur
bona ſiue iuſta debemus merito formidare. Vn̄ Iob. ix. Vere
bar oīa opa mea. Sic beatꝰ Paulus vas electōis. q̄uis de nul
lo pctō ſibi cōſcius fuerit. Dicit em̄ Actu. xxiij. Ego oī bono cō
uerſatꝰ ſum apud deū vſq; in hodiernū diē. Tn̄ ſicut ſcribit̄ Ec
cle. v. De ꝓpiciatu pctōꝝ noli eſſe ſine metu. Vn̄ primo ad Co
rinth. iiij. q̄ſi pauēdo dr̄. Nihil mihi cōſcius ſum ſed in hoc iuſti-

ficatus nō ſum. Hinc Grego. ait. Juſti āt viri omne qđ agunt
metuūt dum caute cōſiderant an̄ quātum iudicē ſtabūt. Oēs
eñ̄ ſtabimꝰ an̄ tribunal chriſti. vt ſcribit Apl's ad Roma. xiiij.
Et ergo miſerrimꝰ quid dicā vel qđ faciam. dum nil boni ꝓferā
an̄ tantum iudicē. Secūdum eſt illiꝰ ſnīe dura ⁊ lamētabilis. i
mo intolerabilis ꝓlatio. Vn̄ Mat. xxv. Cum venerit filiꝰ ho
mis in maieſtate ſua ⁊ oēs angeli cum eo. tūc ſedebit ſuꝑ ſedem
maieſtatis ſue. Et ꝯgregabunt̄ ante eum oēs gentes. ⁊ ſeꝑabit
eos ab inuicē ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet q̇-
dē oues a dextris. hedos āt a ſiniſtris. Tūc dicet rex his q̇ a dex
tris eiꝰ erunt. Venite bn̄dicti p̄ris mei poſſidete paratū vobis
regnum a cōſtitutiōe mundi. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi mādu ca
re. ſitiui ⁊ dediſtis mihi bibere. ⁊ cetera q̄ ſequūtur. Tunc dicet
et his qui a ſiniſtris eiꝰ erunt. Diſcedite a me maledcī in ignem
eternū qui paratꝰ eſt diabolo ⁊ angelis eiꝰ. Vn̄ quidā. Judicis
in lite breuis eſt vox Jte Venite. Dicet̄ reprobis ite. venite bo
nis. O gratioſiſſimū ⁊ dulce chriſti alloquiū. cum dixerit Ve-
nite. O durū ⁊ amarum imo itolerabile v̄bum cū ꝓnūciauerit
Diſcedite a me maledcī in ignē eternū. ſiue ite. Vere vere. Aſ-
pera vox Jte. vox ē bn̄dicta Venite. Vn̄ Bern. ait. O q̄ꝫ gra
ue ⁊ amarū a ſiniſtris erit ite. cū a dextris vos venite dicet rex
largitor vite. Jſte eſt gladiꝰ ab vtraqꝫ p̄te acutꝰ exiēs de ore filij
hoīs. Vt habet̄ Apoca. pri. ⁊ etiā xix. Certe tūc ꝑcutiet terraꝫ
virga oris ſui ⁊ ſpū labiorū ſuorū interficiet impiū. Vt habetur
Eſa. xi. O q̄ꝫ terribile ē illam vocē tunc audire. Vn̄ Augꝰ ſuꝑ
Joannē. Qui ceciderunt ad vocē vnā morituri chr̄i. qđ facient
ſub voce iudicaturi Jpſe ſiquidē rugiet tanq̄ꝫ leo. vn̄ Amos. iij.
Leo rugiet q̇s nō timebit. Eſa. v. Rugitus eiꝰ vt leonis Hie-
remie. xxv. Dn̄s de excelſo rugiet ⁊ de habitaculo ſuo dabit vo
cē ſuā. Peruenitqꝫ ſonꝰ eius ad extremū terre. q2 iudiciuꝫ dn̄o
cū gentibꝰ. Certe tūc vox dn̄i cōfringētis cedros. nam tūc dn̄s
cōfringet cedros libani. Hoc eſt ſuꝑbos ⁊ eleuatos eiꝰ ſpeciales
inimicos. Qui mox vt hōrificati fuerint. ⁊ tanq̄ꝫ cedri exaltati
quēadmodū fumꝰ deficiēt. cū in h' iudicio hūiliati fuerit a dn̄o.
et q̄ſi penitꝰ ad nihilum redacti. Hec etiā vox dn̄i erit ſicut toni
truū ꝯterās terrā. Jdeo Job xxvi. tremens dicebat. Quis po
terit tonitruū magnitudinis eius intueri. Vnde Pſalmiſta.

Intonuit de celo dñs ⁊ altiſſim⁹ dedit vocē ſuam. Job. xxxvij.
Tonabit dñs voce ſua mirabilit̄ qui facit magna ⁊ mirabilia.
Hinc Ancelm⁹ in meditationib⁹ ſuis dt. Quid dormias aīa te
pida ⁊ euomi digna. Qui nō expgiſcit̄. Qui non tremit ad tm̄
tonitruū. nō dormit. ſed mortu⁹ eſt. Item ṽbum dñi erit ad mo
dum choruſcātis. Zacha. ix. Exibit vt fulgur iaculū eius ⁊ dñs
in tuba canet. Certe ſicut dr̄ Eſaie. xx. In die illa clanget tuba
magna. Hinc dt Chryſoſto. ſup illud Mat. xxiiij. Uirtutes celo
rum mouebūtur. Uere vox magna vox tube terribilis. cui oīa
obediūt elemēta. Que petras ſcindit. īferos aperit. portas ere-
as frāgit. vincula mortuoꝝ diſrūpit. ⁊ de pfundis abyſſi libera
tas aīas corpib⁹ ſuis reddit. ⁊ ad iudicium ire cōpellit. Hec om
nia citi⁹ conſumētur in ope. tanq̄ ſagitta trāſit in aere. Dicēte
Aplo prima ad Corinthios xv. In momēto in ictu oculi ī no-
uiſſima tuba. De hac etiā tuba dt btūs Hiero⁹ ſup Mat. Quo
ciēs diem illum cōſidero. toto corde cōtremiſco. Siue etiam co
medo. ſiue bibo. ſiue aliq̄d aliud facio. Semper videt̄ illa horribi
lis tuba ſonare in auribus meis. Surgite vos mortui ⁊ venite
ad iudicium. Hūc diem frequēter debet cogitare quilibet tribu-
lat⁹. ſeu onere pñie aggrauat⁹ ⁊ magnū inde ſuſcipiet in aīa ſub
leuamē. Uñ dicit btūs Grego. in omel. Diem illū frēs chariſſi
mi añ oculos vr̄os ponite. ⁊ quicq̄d mō graue cernit̄ in ei⁹ com
paratiōe leuiat̄. Debem⁹ etiam hāc diem expaueſcē ⁊ timē. Nā
hec ē dies ire. dies magna ⁊ amara valde. Uñ Sophonie pmo
Uox diei dñi amara. tribulabit̄ ibi fortis. dies ire. dies illa. dies
tribulatōis ⁊ anguſtie. dies calamitatis ⁊ miſerie. dies tenebra
rum ⁊ caligīs. dies nebule ⁊ turbinis. dies tube ⁊ clāgoris. Itē
Eſa. iiij. Sol cōuertet̄ in tenebras. ⁊ luna ī ſanguinē. anteq̄ ve
niet dies dñi magn⁹ ⁊ horribilis. O quātum metuebat beatus
Bern. hūc diem qñ dixit. Cū recordor moritur⁹. terret terror
me ventur⁹. Quem expecto nō ſecur⁹. terret dies me terroris.
dies ire ⁊ furoris. dies luct⁹ ⁊ meroris. dies vltrix pctōis. De
hoc etiam die ait ſic idem in ſermōe. Nudi ſtabūt ante tribunal
chriſti. vt audiāt vocē iudicij. q̄ obturauerūt aurem ſuā ad vo-
cem cōſilij. Quid em̄ loquit̄ deus. Agite inq̄t pniam. Multi tñ
diſſimulāt. multi cōtinēt aures ſuas ⁊ dicūt. Dur⁹ eſt hic ſmo
Nō ſic impij nō ſic. tūc intonet dur⁹ ſermo. ṽbum aſperum cū

pronūciatum fuerit. Ite maledc̄i in ignē eternū. Quid ergo di-
cēt in die illa terribili miſeri pctōres ꝑpetue cōdemnati. cum vi
derīt ſcōs ad regnū vocari. atqꝫ ſemetipſos ad mortis ſupplicia
eternalit̄ deſtinari. Certe ſicut dr̄ Sap. v. Gemētes pre angu-
ſtia ſpūs dicēt intra ſe pn̄iaʒ agētes. Hi ſunt quos aliqn̄ habui
mus in deriſum ⁊ in ſilitudinem improperij. Nos īſeniati vi-
tam illoꝝ eſtimauimꝰ inſaniā. ⁊ finē illoꝝ ſine hōre. Quō ergo
deputati ſunt int̄ filios dei ⁊ iter ſcōs ſors illoꝝ eſt. Nos erra-
uimꝰ a via veritatis ⁊ lumē iuſticie nō illuxit nobis. ⁊ ſol ītelli
gētie nō eſt ortꝰ nobis. Laſſati ſumꝰ in via iniqtatis ⁊ ꝑditōis
et ambulauimꝰ vias difficiles. viam āt dn̄i ignorauimꝰ. Quid
nobis ꝓfuit ſupbia. aut qd diuitiarum iactātia contulit nobis.
Tranſierūt oīa illa tanqꝫ nauis q̄ ꝑtrāſit fluctuātem aquā. cu-
ius cū preterit nō eſt veſtigiū inuenire. Certe hec confeſſio ⁊ pe
nitētia tūc erit nimis tarda. Penitebūt quidē ad penam. ſʒ nō
cōuertent̄ ad veniam. Nā tunc nō erit amplꝰ locꝰ mīe ⁊ venie
ſed equitatis ⁊ iuſticie. cum ꝓnunciat̄ a tremendo iudice Ite et
venite. O quātum hec ſn̄ia eſt ab oībꝰ metuēda. ¶ Vn̄ legit̄
ꝙ quidā ſcūs cum ſpūs fornicatiōis ipm̄ grauiter tētaret. exo-
rauit dn̄m vt tētator ei viſibilr̄ apparēt. qd̄ et factum ē. Tunc
ſcūs ille ait Quid tibi ꝓdeſt ꝙ me ſic tētas. eſt em̄ ſumma fatui
tas. Noſti nāqꝫ ꝙ cum aliquē in pctm̄ precipitas. pctm̄ tuū ag
grauas ⁊ ex cōſequenti ſic penā tuam augmētas. Rn̄dens de-
mon. Scio inqt veꝝ eſſe qd̄ loqris. ſcio em̄ ꝙ quāto plures pec
care fecero tāto diē iudicij amplꝰ retardabo. Illam āt diem ſu-
per oīa reformido. in q̄ duram illam ſn̄iam me audituꝝ expecto
Ite maledc̄i in ignē eternum. q̄ paratꝰ eſt diabolo ⁊ angelis eiꝰ
Et vt fulminationē illiꝰ ſn̄ie ſaltem ad tempꝰ valeā retardare
Idō nitor hoīes tam grauiter tētare. O deꝰ eterne quātum tūc
demones ⁊ miſeri pctōres timebūt et a voce tonitrui tui formi
dabūt. Et ergo ſi volueris hāc vocē non timē. ⁊ ī illa die mag̃
et horribili ſecurꝰ eſſe. ſemina nūc opa pietatis. iuſticie ⁊ mīe. O
q̄ꝫ felix fuerit ⁊ multū beatꝰ. qui nūc intelligit ſup egenū ⁊ pau-
perē. in illa die liberabit eum dn̄s. Vn̄ Prouer. xi. Bn̄ facit aīe
ſue vir miſericors. facit etiā dignos fructꝰ Nā qui nūc ſemināt
in lachrymis ⁊ dolore. tunc venietes venient. portātes manipu-
los ſuos cum magna exultatiōe. Sʒ multi nūc ſemināt ſpinas

et zizania.putãtes ſe tunc triticũ meſſuros.nõ ſic impij non ſic
Que em̃ ſemiauerit hõ.hec ⁊ metet.dr aplˀs ad Gala.vi.Et er-
go dr dñs Oſee x.Araſtis impietatẽ.iniqtatẽ meſſuiſtis. Vñ
qui ſeminauerit pctm̃ ⁊ actꝰ nequicie metet gehẽnalem penam
Qui vero ꝟtutes ⁊ opa pñie.colliget gloriã ſempiternaꝫ.nam
qui bona egerũt ibunt ĩ vitam eternam.q̇ vero mala ĩ ignẽ eter
num.Opa em̃ illoꝝ ſequũtur illos.Apoca.xiiij.Nã opa tunc
ſaluabũt.⁊ opa cõdemnabũt.Hinc ẽ quod dr Joã.v.Veniet
hora in q̃ oẽs qui in monumẽtis ſunt.audiẽt vocem dñi.⁊ pce-
dent q̇ bona fecerũt in reſurrectiõeꝫ vite.qui ꝟo mala in reſurre
ctionem iudicij.vñ Apoca.ij.dr iudex aſtuturꝰ Ego ſum ſcru-
tãs renes ⁊ dabo vnicuiqꝫ ſm̃ opa ſua.Nã vt dr Abdie primo
Sicut feciſti fiet tibi.Et ergo ſcribit Hiẽmie.l.ca.Et ſunt ꝟba
iudicis ad angelos malos de pctõre cõdemnato ſic dicẽtis Red
dite ei ſcd̃m opus ſuum.iuxta omnia q̃ fecit facite illi.Et ergo ſi
volueris añ chriſtum autumnũ bonum hr̃e ⁊ multis fructibus
abũdare.ſemina nũc largiter in hoc vere huiꝰ pñtis vite.nam q̇
parce ſemĩat parce ⁊ metet Et q̇ ſeminat in bñdictionibꝰ.de be
nedictionibꝰ ⁊ metet.Vt habet.ij.ad Corin.x.Sic etiam q̇ ſe-
minat ĩ maledictionibꝰ ⁊ pctis.de eiſdẽ metet.Nam vt dicitur
ꝓuerbio cõmuni.Qd ſibi quiſquis ſerit pñtis tpe vite.Hoc ſi-
bi meſſis erit cum dr ite venite ¶ Tercium ꝟo ꝓpter qd ſnĩa iu
dicis ẽ terribilis ⁊ deſolata ẽ omni dolore plena dãnatoꝝ a deo
et angelis.⁊ ab oĩbus ſcĩs ſepatio eterna.cũ ꝑs ſiniſtra a demo
nibus rapietᷣ.In inſtãti em̃ ⁊ ſine mora illa horribili ſnĩa ab ore
chriſti ꝓmulgata erũt parati demones crudeliſſimi.rapientes
aĩas miſeroꝝ.ducẽtes eas velociter ad ſuppliciũ ſempiternum
Hoc etiam ptꝫ figuratiue.Heſter.vij.de miſtris aſſueri regis.q̇
erãt auidiſſimi ad ſuſpendẽdum amon Vñ dr ibidem.Necdũ
verbũ de ore regis exibat ⁊ operuerũt faciem eiꝰ miniſtri regis:
Sic diaboli ſtatim ĩ illo die erũt paratiſſimi ad recipiẽdum ſta-
tim aĩas pctõꝝ.Et hᷓ eſt quod dr in lamẽtationibꝰ Hiẽmie pri
mo.Oẽs pſecutores eiꝰ apphẽderũt eã.Vñ Chryſoſt.in li.
de repatõe lapſi.Cogita ſenos illos ⁊ horrẽdos penaꝝ miſtros
qui pctõres pcipitant ad ſupplicia ſempiterna.Item Hugo de
ſcõ victore.Tortores horribiles qui nunqꝫ miſerentᷣ erunt pa-
rati vt data ſnĩa.te damnatum rapiãt ad tormẽta ſempiterna

Tunc miſerandꝰ miſer lamentādo dicet. Suſceperūt me ſicut
leo paratꝰ ad predam. ⁊ ſicut catulꝰ leonis habitans in abditis
O dolor ineffabilis. o pena indicibilis talis amariſſime perſecu
tionis. Vñ Bernardꝰ in meditationibus ſuis ſic ait. Quiſpu
tas meror erit. quis luctꝰ. que triſticia quando ſeꝑabunt mali a
cōſortio iuſtorum et a viſiōe dei. ⁊ traditi in ꝑtātem demonum
ibūt cum illis in ignem eternum. Ibiqꝫ erūt ſine fine in luctu ⁊
gemitu. Procul elōgati a beata patria paradiſi. ⁊ in gehēna nū
qꝫ lucem habituri iuxta quātitatem culpe penā ſuſtinētes. tūc
illi miſeri pctōres de omni redemptiōe deſperātes vſqꝫ in eter-
num non videbūt lumen. nam introibunt in īferiora terre ꝯtra
dētur in manꝰ gladij partes vulpium erūt. hoc eſt ipſoꝝ demo
num qui ſunt fraudulēti ⁊ nequiſſimi ad nocēdum omnibꝰ De
hac ſeꝑationis pena ſic dt Chryſoſtomꝰ in li. de reꝑatione lap-
ſi. Nōnulli imperitoꝝ putant ſibi ſatis eſſe ⁊ optabile videri ſi
tantūmodo careāt gehenna. Ego āt multo grauiores qꝫ gehen
nam dico eſſe cruciatꝰ. remoueri ⁊ abijci ab illa gloria. nec puto
acerba eſſe gehēne ſupplicia. Ut ſunt illa. De quibꝰ audi qd dt
btūs Petrꝰ. Torquet is qui arcetur a cōſpectu chriſti hoc cre
de mihi penis oībus grauius. Et hoc ſolum eſt qd ſuperat ge-
hennā. Vñ idem ſuꝑ illud Matthei. xvi. Excidet ⁊ in ignē mit
tetur. Intolerabilis res eſt gehēna ⁊ ſupplicium horribile. Ta
mē ſi mille quis gehēnas ponat. nil tale eſt durum quale ab ho
nore illiꝰ glorie ꝓpelli ⁊ exoſum eſſe a chriſto. Nam ſcd̄m Au-
guſtinum. Reprobi mallēt omne tormētum ſuſtinere qꝫ vide-
re faciem iudicis irati Unde Iohelis ſecundo. A facie eius con
tremuit terra. moti ſunt celi ⁊ ſtelle retraxerūt ſplendorem ſuū
a facie eius trepidabunt populi. Certe domine tunc peccatores
infirmabuntur ⁊ peribunt a facie tua. Et hoc pre dolore nimio.
cum eam viderint auerſam. ⁊ quo ad ipſos terribiliter commo
tam ⁊ crudeliſſime dicentem illud Hieremie. xviij. Dorſum et
non faciem oſtendat eis in die perditionis eorum. O qualis ſe
paratio. O qꝫ grauis ⁊ amara tunc diuiſio cuiuſlibet peccatoris
a facie domini taliter indignantis. ⁊ horribiliter dicentis. Amē
dico vobis neſcio vos Vñ quidā. Charoꝝ triſtis deſceſſus tri
ſtior iſtis Corꝑis ⁊ anime triſtiſſimꝰ a deitate. Chariſſimi ꝓpt
hec omnia ſupradicta ⁊ quaſi infinita alia que breuitatis cauſa

omittūtur. expgiſcimī ⁊ leuate capita vr̄a. ac omni timore ⁊ tremore diē illum pcauete Nam ſicut dr̄ Sophonie primo. Juxta eſt dies dn̄i magnꝰ iuxta ⁊ velox nimis. Et ergo dr̄ Eſaie. xiij. Vigilate. qr̄ ꝓpe eſt dies dn̄i. vigilate itaqꝫ qr̄ neſcitis diē neqꝫ horam. vt ſcribit Mat. xxv. Vn̄ prima ad Theſſal. vlti. Frēs iſta diligēter ſcitis qr̄ dies dn̄i ſicut fur ita ī nocte veniet. Cum em̄ dixerit pax ⁊ ſecuritas tūc repentinꝰ eis ſupueniet interitꝰ. et ſicut dolor in vtero habentis ⁊ nō effugiēt. Vos āt frēs iam nō eſtis in tenebris. vt vos dies illa tanqꝫ fur ꝯphēdat Vos em̄ filij lucis eſtis ⁊ filij dei. Igit non dormiamꝰ ſicut ceteri. ſed vigilemꝰ ⁊ ſobrij ſimꝰ. Hec vbi ſupra. Item Lu. xxi. Attēdite vobis ne forte grauētur corda vr̄a in crapula ⁊ ebrietate. ⁊ curis huiꝰ vite. ⁊ veniat ſup vos repētina dies illa Tanqꝫ laqueꝰ em̄ ſupueniet in oēs qui ſedēt ſup faciem vniuerſe terre. Vigilate itaqꝫ frēs omni tp̄e orātes vt digni habeamī oīa iſta fugere que ventura ſunt. ⁊ ſtare an̄ filium hoīs. Hec oīa ibidem Nā in veritate ibi erit amor ⁊ tremor ⁊ intolerabil' dolor. Vn̄ Johel. ij. Magnꝰ eſt dies dn̄i ⁊ terribilis valde. q̄s ſuſtinebit eum. Et Eſa. ij. Et introibūt in ſpeluncas petrarꝫ a facie formidis dn̄i ⁊ voragine terre. et a gloria maieſtatis eiꝰ cum ſurrexerit pcutē terram. Tūc em̄ in fremitu cōculcabit terram ⁊ in furore obſtupefaciet gētes. Sicut ſcribit Abacuc. iij Et ideo dr̄ Eſa. x. Quid facietis ī die viſitatiōis ⁊ calamitatis de lōge veniētis ad cuiꝰ fugietis auxilium? Certe pctōri tūc nullum erit refugiū nullum ſolamē ſeu adiutorium. Vn̄ Anſelmꝰ in libro de ſilitudibꝰ. A dextris erunt pctā accuſantia. a ſiniſtris īfinita demonia. Subtꝰ horridum chaos inferni. deſup pn̄tia iudicis irati. Foris mundꝰ ardens. intus ꝯſcia vrens. vix iuſtꝰ ſaluabit Peccator autem ſic dephēnſus q̄ fugiet. latere tūc erit impoſſibile. ⁊ apparē intolerabile. Item ē dicta ſn̄ia eo magis formidabilis ⁊ timēda. qr̄ nō ſolum corpꝰ diiudicat. ſꝫ etiam ipām aīam cōdemnat ¶ Vn̄ legit in exemplo. Duo frēs quorꝫ vnus erat fatuꝰ ⁊ alter ſapiēs. ibāt pariter eadem via. Cum āt veniſſent ad biuium vbi erāt due vie. vna delectabilis ⁊ pulchra. reliq̄ do inabil' et aſpera. Fatuꝰ videns viam delectabilē. dixit ſapiēti. Eamus per hāc viam. Sapiēs rn̄dit. Frater ⁊ ſi via iſta delectabilis ē. tamē ad malum hoſpicium ī fine deducit. Vn̄ conſulo p aliam

viam trāſeamꝰ. nam ꝙuis ipſa ſit aſpera ⁊ inabilis. tamē ducit
finaliter ad hoſpiciū laudabile ⁊ pulchꝝ nimis. magne honeſta-
tis ⁊ quietis. Rn̄dit fatuꝰ frater. Magis volo oculis meis cre
dere ꝙ̄ tibi de his q̄ tu nō vides. Et ſic ſe poſuit ille fatuꝰ in via
delectabili ⁊ amena. Qď ſapiens vidēs nolēs eum relinq̄re ip-
ſum ſeq̄bat̄. Pergētes autem pariter inciderūt ſtatim in latro
nes. q̇ eos ab inuicem ſeparātes poſuerūt in carceribꝰ diuerſis.
Factum eſt autem vt rex illiꝰ terre p̄ciperet quadam die oēs in-
carceratos ad ſe adduci. vt ip̄os iudicaret ad mortem. Venien
tes āt iſti duo frēs inter ceteros cum ſe mutuo viderēt. ſapiēs
ſic dixit regi. O dn̄e mi rex ⁊ iudex. valde cōqueror voḃ de iſto
fratre meo. Nā cum eſſemꝰ pariter ī via. ⁊ ipſe ſit fatuꝰ ego ꝟo
ſapiēs ſum reputatꝰ. Ipſe em̄ mihi nolebat credė vt iuiſſemꝰ ꝑ
quādam bonam viā quam ſibi demōſtraui. ſ; fecit me ſecum ire
per quādam viā malam. vbi cecidimꝰ inter latrones. vn̄ reus ē
mortis mee. Ad hec fatuꝰ dixit. Dn̄e mi rex. Ego aduerſus fra
trē meum maiorē habeo cām cōquerendi. Nā cum ip̄e ſapiens
ſit nō debuiſſet tam faciliter me ſecutꝰ fuiſſe ꝑ viam quam ſciuit
fore malā. Qď ſi nō feciſſet rediȷ̈ſſem vtiq; ⁊ ſecutꝰ eum fuiſſem
et p̄ns periculum nullatenꝰ incurriſſem. Vn̄ vere reꝰ eſt mor-
tis mee. His ꝟbis ex vtraq; p̄te auditis: rex talem ꝓtulit ſn̄iā;
dicēs. Tu fatue noluiſti ſapiēti credere. ⁊ tu ſapiēs ſecutꝰ es fa
tuū. igitur vos ambo debetis morte cōdemnari
Sic ergo erit frēs chariſſimi ī die iudicij. ⁊ in cōſummatiōe ſcl̄i
cum exibunt aīe de latibulis ſuis. ⁊ corꝑa de ſepulchris ſuis. ad
recipiēdum iudiciū de cōmiſſis omnibꝰ opibus ſuis ⁊ omiſſis.
Nam corpꝰ fatuū q2 noluit ſequi cōſilium aīe ſapiētis. ⁊ ſpūs
ſapiēs. q2 ſecutꝰ eſt corpꝰ fatuū. Igit̄ condemnabūtur ambo in
iudicio extremo. Et hac de cā ſn̄ia iudicis dr̄ gladiꝰ ex vtraq; ꝑ
te acutꝰ. Ut habet̄ Apoca. i. Nam ꝑcutiet tam q̄ ad corpus ꝙ̄
quo ad aīam miſeꝝ pctōrem. Vn̄ Mat. x. Illum timete qui po
teſt corpꝰ ⁊ aīam ꝑdere in gehennam. Item dcām ſn̄iam reddit
multum formidabilem ⁊ timēdam q̄litas ipſiꝰ iudicis. Eſt em̄
ferēda a iudice circūſpecto immo prudētiſſimo q̇ nō poterit fal
li. Nam oīa ſibi cognita ſunt ⁊ nota. Ipſe em̄ nouit abſcōdita
cordis ſcrutās corda ⁊ renes deꝰ. Vn̄ ad Hebre. iiij. Oīa nuda
et apta ſunt oculis eiꝰ. Deus em̄ intuetur cor. Ut habet̄ primi

Regū.xvi. Vn̄ Ecciaſt.xxiij. Oculi domini multo plus luci-
diores ſunt ſole.circumſpiciētes omnes vias hominum.⁊ pro-
fundum abyſſi ⁊ hominum corda intuētes in abſconditas par-
tes. Et ergo vt dt Boetius. Magna nobis indicta eſt bene faci
endi neceſſitas.cum agamꝰ omnia ante oculos iudicis cūcta cer
nentis. Item Hieremie.xxxij. Oculi tui aperti ſunt ſuper om-
nes vias filiorum adam.⁊ reddas vnicuiqꝫ ſcd̄m fructum ad-
inuētionum eiꝰ. Iſte eſt iudex valde metuēdus cui perſpicabi-
le omne ſolidum ⁊ opertum omne ſecretum.cui obſcura clarēt.
muta reſpondēt.mens ſine voce loqtur.⁊ ſilētium confitetur.
Hec etiam ſnīa ferenda eſt a iudice nouiſſimo.qui nō poterit fle
cti.nam iudicabit orbem terrarum in iuſticia ⁊ populos in equi
tate.nulliꝰ etiam veretur potētiam.nec aliciuꝰ accipit perſonā
nec aliquo munere tunc placatur. Vn̄ Deutronomij.x. Deus
magnꝰ potens ⁊ terribilis qui ꝑſonam nō accipit nec munera.
Certe tunc plꝰ valebit pura cōſcientia qꝫ marſubia plena. Tūc
diuitibꝰ nihil ꝓderit diuitiarum copia.ſed ſolum pietatis ⁊ iu-
ſticie proſunt opera. Vn̄ Ezechie.vij. Argētum eorum foras
eijcietur.⁊ aurum eorum in ſterquilinium erit. Argētum ⁊ au
rum non valebit liberare in die furoris domini. Tunc appare-
bit dolus ſeculi.falſitas mūdi.ac vilitas ⁊ indignitas omnium
diuitiarum. O qꝫ dulce.qꝫ iucūdum erit tunc odiſſe mūdum.et
qꝫ triſte.qꝫ amarum habuiſſe mūdum charum. Hec ſnīa ferēda
eſt a iudice q̄ precibus nō corrumpit̄ neqꝫ mitigat̄. Prouer.vi.
Nō acquieſcet cuiuſqꝫ precibꝰ. Et ideo vt dt Chryſoſto. Ibi
angeli ꝓ hominibus nō intercedēt. Quia iuſtꝰ iudex tunc nō faci
et miam.ſed reddet vnicuiqꝫ ſm merita vel demerita.equam et
inflexibilem iuſticiam. Vn̄ Ezechiel.vij. Scd̄m viam eoꝝ fa-
ciam eis.⁊ ſcd̄m opa eoꝝ iudicabo eos.⁊ ſciēt qꝛ ego dominꝰ Et
ergo Iob.ix.expaueſcēs dicebat. Verebar oīa opa mea ſciens
quia nō parcis delinquēti. De his omnibꝰ ait Bernardꝰ in ꝓ-
ſa. Iuſte quidem iudicabit nec ꝑſonam acceptabit prece nec cor
rumpet̄.ſic nec precibꝰ flectet̄. Et igitur labora diligēter illuc de
ferre iuſticiam.vbi miam nō poteris inuenire. Nam vt ſcribit
Prouer.xi. Non ꝓderunt diuitie ī die vltionis.ſꝫ iuſticia libe
rabit tūc a morte Chariſſime ſi ſcholares lcōnes ſuas neſciētes
valde timent de examine mgr̄i.qꝛ forſitan acriter corrigentur.

Quãtum hñt tunc timere miſeri pctõres de extrema auditiõe ſummi mgr̄i ⁊ iudicis. q̇ non ſtuduerũt in libro iuſticie ⁊ verita tis. Certe in hoc examie q̄ nunc malignãtur exterminabuntur Iniuſti em̄ punietur ⁊ ſemē impioꝝ peribit. Ecõtra vero tũc in memoria eterna erũt iuſti. ⁊ ab auditiõe mala non timebunt Et ideo dr̄ Eccl̄i. viij. Ante iudiciuʒ para tibi iuſticiã. Hec ſnĩa etiã feret̄ a iudice crudeli ⁊ cõmoto qui nõ poterit placari. Nã dñs qui nũc naturalr̄ mãſuetꝰ eſt vt agnꝰ. tunc apparebit qua ſi leo rugiẽs crudelis ⁊ cõmotꝰ. Vñ Oſee. xiij. ⁊ pñt eſſe verba dñi de auaris. guloſis. ⁊ ſupbis ĩ die iudicij ſic dicẽtis. Juxta de ſideria ſua adimpleti ſunt ⁊ ſaturati ⁊ eleuauerũt cor ſuũ ⁊ obli ti ſunt mei. Et ero eis q̄ſi leena ⁊ ſicut pardus ĩ via aſſyrioꝝ. oc curram eis q̄ſi vrſa raptis catulis. ⁊ diſrumpã interiora iecoris eoꝝ ⁊ cõſumam eos q̄ſi leo. Quid em̄ crudeliꝰ iſtis beſtijs pote rit iueniri. Item dr̄ dñs ad impiũ cõdemnandũ. illud Ezechie. vij. Finis venit ſup te ⁊ emittã furorem meũ in te. ⁊ iudicabo te iuxta vias tuas ⁊ ponam ꝯtra te oẽs abhominatiões tuas Et non parcit oculꝰ meus ſup te ⁊ abominationes tue ĩ medio tui erũt. Et ſcitis q̄r ego dñs. venit tẽpus ꝓpe ẽ dies occiſiõis. nũc de ꝓpinquo effundã iram meã ſup te. effundã furorẽ meũ in te. Certe dñe ſicut ignis cõburit ſiluã. ⁊ ſicut flãma cõburẽs mon tes Ita tũc pſeq̄ris illos ĩ tẽpeſtate tua ⁊ ĩ ira tua turbabis eos Nũc em̄ exardeſcet ſicut ignis ira tua. ⁊ ĩ furore obſtupefacies gẽtes. De quo dr̄ Eſa. xxx. Ecce nomẽ dñi de lõginquo veniet ardẽs furor eiꝰ ⁊ grauis ad portãdum labia eiꝰ repleta ſunt in-dignatiõe ⁊ lingua eiꝰ q̄ſi ignis deuorãs ⁊ ſpũs eiꝰ quaſi torrẽs inundãs vſq; ad mediũ colli. ad pdendas gẽtes ad nihilũ. Hũc furorẽ preuidit Job in ſpũ cum dr̄. Quis mihi tribuat vt ĩ in-ferno ꝓtegas me ⁊ abſcõdas me donec ptrãſeat furor tuꝰ. Ue re tãta erit tũc ſeueritas iudicis. q̄ nec verbis poterit exprimi. nec mẽte cogitari. Omnia em̄ iudicia ab initio mũdi ſup huma num genꝰ habita ſunt tanq̄; ſtille ⁊ ſcintille reſpcũ furoris dñi. quẽ in hoc iudicio exercebit. Ecce q̄; diſtrictꝰ veniet ad iudiciũ. qui mitis reſurrexit ⁊ ad celũ aſcẽdit Vñ Grego. in omelia ſu-per illud Joã. xx. Thomas vnꝰ ex duodecim q̇ dicit̄ didymꝰ: ſic ait. Frẽs vitam veſtram moreſq; cõponite. ⁊ is qui mitis reſur rexit a mortuis. q̄; ſtrictus in iudicio veniet preuidete. Certe in

die extremẽ diuini examĩs ſui cum angelis ⁊ archãgelis. cum thronis
et dominatiõibꝰ. cum principatibꝰ ⁊ ptãtibꝰ apparebit. celis et
terris ardentibꝰ. cunctiſqꝫ elemẽtis ĩ obſequiȷ ſui terrore cõmo
tis. Hũc ergo tãti pauoris iudicem añ oculos vr̃os ponite. hũc
vẽtuꝝ timete vt hũc ventuꝝ non timidi ſꝫ ſecuri videatis. Ti
mendꝰ eſt ergo mõ. ne tunc timeatur. Terror eiꝰ ad vſum bone
actiõis nos exerceat. metus illiꝰ vitam nr̃ãm a prauitatibꝰ cõ-
peſcat. Certe ſi aliq̇s vir̃n cum ſuo aduerſario cãm dicturus in
iudicio die craſtina. eſſet exhibendꝰ totam fortaſſe noctẽ inſom-
nem ducẽt q̇d ſibi dici poſſet. q̇d obiectionibꝰ reſponderet ſecũ
ſollicita ⁊ eſtimãti mẽte ꝯſaret. vt iudicẽ inueniret aſpeꝝ vehe
mẽter metueret ⁊ noxius apparẽt formidaret. Et q̇s ego. aut
quid ego? Nimirũ non lõge futurꝰ poſt hoiem vermis. poſt ꝯ
mem puluis. Si ergo tãta cura ꝑtimeſcit iudicium pulueris q̃
intẽtione cogitãdum eſt. q̃ formidie ꝑuidendũ eſt iudicium tan
te maieſtatis. Hec oĩa idem vbi ſup̃. Sũt ⁊ quedã alia p̃dictam
ſñiam grauãtia. Primũ videlꝫ qꝛ ibi nõ eſt ꝑtãs reſiſtẽdi. Sa
piẽ. vi. Virtuti brachiȷ tui q̇s reſiſtet? Et Eſa. xiiij. Quis reſi
ſtet iudicio tuo. Vere nullꝰ poteſt reſiſtẽ. ſed omnes generalit̃
oportet cõparere. ac ſñiam ſummi iudicis ſiue velint ſiue nolĩt
coram angelis exſpectare. Ipe em̃ loq̇tur per Eſaiam xlvij. ad
pctõrem cõdemnãdum in hec ꝯba. Reuelabit ignominia tua ⁊
videbit opprobriũ tuũ. Vltionẽ capiam ⁊ nõ reſiſtet mihi hõ.
Vñ Iob. ix. Deus cuiꝰ ire reſiſtere nemo p̃t. Nã ſi fortitudo q̃
rit robuſtꝰ eſt. Heſter. xiij. Dñe deꝰ rex oipotens in dcõne tua
cuncta ſunt poſita ⁊ nõ eſt qui poſſit reſiſtẽ voluntati tue. Tu
em̃ feciſti celum ⁊ terrã. ⁊ quicq̇d celi ambitu cõtinetur dominꝰ
oĩm tu es. nec eſt q̇ reſiſtat maieſtati tue. Iſte eſt magnꝰ dñs. ⁊
fortis ⁊ potẽs. cuiꝰ magnitudĩs ⁊ potẽtie non ẽ numerꝰ neqꝫ fi
nis. Nullũ etiam quãtumcũqꝫ magnum ip̃e timebit. Sap. vi.
Nõ videbit dñs magnitudinẽ cuiuſquã. qm̃ puſillũ ⁊ magnũ
ip̃e fecit. Oẽs em̃ ſubiecti erunt pedibus eius ⁊ timebũt ipſum
in die illa vehemẽter. Nam ſicut dr̃ Ezechi. vij. In die iudiciȷ ⁊
furoris dñi rex lugebit. ⁊ princeps induet merore. Itẽ Apoca.
vi. Reges terre ⁊ pricipes ⁊ tribuni ⁊ iudices diuites ⁊ fortes.
et ois ſeruꝰ ⁊ liber abſcondẽt ſe in ſpelũcis ⁊ ĩ petris montium.
Et dicẽt montibꝰ Cadite ſuꝑ nos ⁊ abſcõdite nos a facie ſedẽ-

tis ſup thronū. ⁊ ab ira agni. qm̄ venit dies magnus ire. Et ibi
dem xviij. Flebūt ⁊ plangāt reges terre q̄ in babylone fornicati
ſunt. ⁊ in delicijs vixerūt cum viderit fumū incendij ei⁹. longe
ſtātes ꝓpter timorem tormētoꝝ. Certe tūc erit tribulatio ma
gna q̄lis nō fuit ab initio mūdi. vſqꝫ mō. Ut dr̄ Mat. xxiij. Se
cundū eſt ꝙ dcām ſniām aggrauat qꝛ non eſt ibi loc⁹ pctōribus
ſe abſcondēdi ſeu occultādi. Nam vt dr̄ btūs Anſelm⁹ Latere
tūc erit īpoſſibile. ⁊ apparē intolerabile. Un̄ Job. xxxiiij. Nō
ſunt tenebre. ⁊ nō eſt vmbra mortꝫ ibi vt abſcōdant qui opant
iniq̄tatem. Item Bern̄. in ſermone. Nudi ſtabūt an̄ tribunal
chriſti. vt audiāt vocem iudicij qui obturauerūt aures ſuas ad
vocem cōſilij Ut ſuperi⁹ allegatum ē. Chariſſime hūc diem ti
me. hunc dn̄m ⁊ iudicem oīa iudicaturꝝ cordialiter expaueſce vt
eo diligētius poſſis pctā deuitare. Nā vt dr̄ Ecci. pri. Timor
dn̄i expellit pctm̄. Et alibi. In timore dn̄i omnis hō declinat a
malo. ¶ Tercium eſt qd̄ dictam ſniām aggrauat. qꝛ non eſt ibi
loc⁹ ad alium appellādi. nec ſpacium appellādi Un̄ Ps. Quo
ibo a ſpū tuo. ⁊ quo a facie tua fugiam. Si aſcēdero in celū tu il
lic es. ſi aſcēdero ad infernū ades. Unde dr̄ ꝺ minus de pctōre
Amos. ix. Fugiēt ⁊ nō ſaluabit ex eis qui fugerit ſi deſcenderit
vſqꝫ ad infernū inde man⁹ mea educet eos. Et ſi aſcenderit vſ-
qꝫ ad celum inde trahā eos. ⁊ abſconditi fuerit in vertice carme
li inde ſcrutās auferam eos. Et ſi celauerit ſe ab oculis meis in
fundo maris. ibi mādabo ſerpēti ⁊ mordebit eos. Et ſi abierint
in captiuitatē coram inimicis ſuis. ibi mādabo gladio ⁊ occidet
eos. ⁊ ponam oculos meos ſup eos in bono ⁊ in malo. Et ergo
Job. x. Dn̄s oīa iudicatur⁹ ſic dr̄. Non eſt q̄ de manu mea poſ
ſit eruere. Certa ſunt plane video vbiqꝫ nos inueniet man⁹ oī-
potētis. Un̄ autor de curru aīe. Quid facies diues nuſquā tu-
tus bene viues. Quo te cōuertes quo curſum ꝑdite vertes Quo
vertes curſum nō tut⁹ es hic neqꝫ ſurſum. Si miſer aſcēdis ce-
los vel ad infera tēdis. Impat in celis fer⁹ eſt vel ad infera telis
Si mare querat rex iſte mari dn̄at. Nuſquā tut⁹ eris ſed vbi-
qꝫ repert⁹ haberis. Uere vere ita nullibi patebit fuga vel ī mor
te nec in vita. Q̄ ꝙ bene aduertebat hoc btūs Eleaſar⁹ qui ſic ī
quiens dicebat. Man⁹ oīpotētis neqꝫ viu⁹ neqꝫ defunct⁹ effu-
giam. Ut habet. ij. Macha. vi. Ex dictis igitur ptꝫ multiplr̄ ꝙ

finale iudicium erit omnib⁹ metuendum. ⁊ hoc ꝓpter accuſatio
nem plurimoꝝ ibi ſuſtinēdam. Et ꝓpter rōem vniuerſoꝝ gene
raliter reddēdam. Et ꝓpter diffinitiuā ſnīam tūc a iuſto iudice
horribiliter ꝓferēdam. Hui⁹ ergo memoria preſeruat nō imme
rito quemlibet a peccatis.

¶ Sequūtur Exempla de Secundo no
uiſſimorum.

¶ De extremo iudicio.

¶ Legitur ī libro de ortu carthuſienſiū. ꝙ quidā doctor ꝑcipu⁹
et vita vt videbat ⁊ fama doctrina ⁊ ſapiā int oēs doctores pa-
riſiēſes excellēter honorat⁹ ⁊ mirablr gratioſus graui ⁊ vltia ī
firmitate ꝑuent⁹ nō diu decumbēs diem clauſit extremū. Cūqꝫ
tota die illa q̄ defunct⁹ eſt more pariſiēſi in aula funē in feretro
decūbente fuiſſent cātata officia defunctoꝝ. ī craſtino mane cō
gregata ibidē vniuerſitate pariſiēſi tam ſcholarium q̄ꝫ doctoꝝ
vt tā honorabili viro ſolēnis ⁊ venerabil' preberet funeralis of
ficij ſepultura. Cū igit reuerēdi viri feretꝝ in quo fun⁹ iacebat
eleuare vellēt ad ecclam deferendū ſubito cūctis ſtupētib⁹ qui
mortu⁹ videbat ⁊ erat eleuato capite reſedit ī feretro ac oīb⁹ au
dientib⁹ alta ⁊ terribili voce clamauit. Juſto dei iudicio accuſa
t⁹ ſum Et h̄ dicto caput depoſuit ⁊ decubuit mortu⁹ ſicut pri⁹
Qua voce cūcti attoniti ⁊ territi deliberauerūt ipm illo die nul
lo mō fore ſepeliendū ſed vſqꝫ ad craſtinū reſeruandū. Mane ḡ
ſequēti cū multitudo magna cōueniſſet. dictūqꝫ fun⁹ ſicut prius
vellēt ad ecclam deportare. defunct⁹ ſicut pri⁹ eleuato capite do
loroſa ⁊ terribili voce intonuit. Juſto dei iudicio iudicat⁹ ſum.
Quā vocē multitudo audiēs ⁊ itelligēs ſtupuit plus q̄ꝫ prius.
Et cū alterutꝝ introgaſſent q̄d ſibi vellent tā inſoliti ⁊ inexꝑti
defuncti clamores. ⁊ adhuc determinauerūt ipm niſi ī alio cra-
ſtino nullaten⁹ tumulādū. Tercia vo die cū ꝓpt iſta ꝓdigia fe-
re tota ciuitas ꝯueniſſet. ⁊ fun⁹ cunctis ꝑpatis ad tumulū vel-
lēt deportare. defunct⁹ ſicut pri⁹ iā tercio altiſſima ⁊ meſtiſſima
voce ꝑſonuit. Juſto dei iudicio ꝯdēnat⁹ ſum. Qua horribili ſen
tētia audita q̄ſi oēs īmēſo fuerūt tīore ⁊ tremore ꝑculſi certi fci
de ꝯdēnatiōe tāti viri q̄ int alios videbat honeſtate vite clarita

te fame dignitatis excellētia ⁊ multiplici ſcīa ⁊ ſapīa p̄fulgē. Ea tēpeſtate erat ibi mgr̄ Bruno doctor famoſus. natione teutoni c⁹ de colonia nō obſcuris parētibus natus. eccie etiā remēſis canonic⁹ ⁊ ibidē ſcholariū mgr̄ qui ſup̄dcīs vocib⁹ ſalubrit̄ territ⁹ atq̄ cōpunct⁹ allocut⁹ eſt quoſdā ſocios ibi p̄ntes. infra ſcript̄ vel ſilib⁹ v̄bis. dicēs Eya chariſſimi q̄d faciem⁹. Oēs ſimul perim⁹. nō ſaluabimur niſi q̄ fugerit. Si ī viridi hoc ſit ī arido q̄d fiet. Si hō tāte dignitatis tāte lr̄ature tāte ſcie. qui videbat̄ tam honeſte vite. q̄ erat tā celebris fame. ſic indubitāter ē damnat⁹. quid nos miſeri homūculi faciem⁹. Si lugubri voce vni⁹ homūcionis tā horribili ac ſtupēdo timore ac tremore cōcuſſi ac ſtupe facti ſum⁹ quid faciem⁹ cum rugit⁹ leonis cū extremi iudicij tuba in aures nr̄as ꝑcrepuerit cum oēs audierim⁹. Surgite mortui venite ad iudiciū. Quō in tali horribili iudicio vbi columne celi contremiſcēt. ⁊ angeli terrebunt̄. ⁊ territi cogent̄ apparere. Vbi tūc latebim⁹. Impoſſibile erit latē intolerabile apparere. Fugiam⁹ igit̄ a facie gladij preoccupem⁹ faciem dn̄i in ꝯfeſſione Venite adorem⁹ ⁊ ꝓcidam⁹ ante deū plorem⁹ coram dn̄o q̄ fecit nos. Poſtq̄ igit̄ vocem ei⁹ audiuim⁹ non obdurem⁹ corda nr̄a. ſ; exeam⁹ de medio babylonis egrediamur pentapolim igne ⁊ ſulphure iā ſuccēſam. ⁊ exēplo btī pauli hēmite. ⁊ btī antonij. arſenij. euagrij. ⁊ alioꝝ ſcōꝝ cū btō ioāne baptiſta antra deſerti queram⁹ in montib⁹ nos ſaluos faciam⁹ vt eterni iudicis irā ⁊ ſn̄iam damnatōis eterne euadam⁹ ⁊ ꝑuenire poſſimus ad portū ⁊ trāquillitatē ſalutis et̄ne. His ⁊ ſilib⁹ verbis ⁊ ſententijs ſeip̄m ⁊ quoſdā ſocios alloquēs ⁊ exhortās. Deliberauer̄t ipſe ⁊ ſex alij viri ꝓbi ſecum abrenūciare mundo ⁊ oīb⁹ pompis ei⁹ ⁊ ad ꝑfectā p̄n̄iam peragendā heremi deſerta cōpetētia q̄rē. et ibidē relictis oīb⁹ delicijs. ⁊ honorib⁹ hui⁹ mundi accipe ſinguli cruces ſuas ⁊ nudum chriſtū nudi ꝑ artam viā ſequi. ⁊ latam ac ſpacioſam deſerē q̄ amatores ⁊ ſectatores mundi ꝑducit ad ſupplicia dānatoꝝ. Et q͛ audierāt famā ſcītatis ſci Hugōis epi gratianopolitani q̄ prius aliq̄ t̄pe eiuſdē mgr̄i Brunonis in ſcholis ſoci⁹ credit̄ extitiſſe ſp̄ū ſcō inſpirāte ſimul ad ſcūm ep̄m memoratum accedere decreuerūt. ⁊ eiuſdem cōſiliū ⁊ auxilium inq̄rere. vt in ei⁹ dioceſi quā audierāt multis deſertis montib⁹ abūdare locū congruū obtinerēt in q̄ ſuū ſcm̄ ac ſalubre ꝓpoſi-

tum poſſet effectū mancipare Septem igit̄ ſcī viri infraſcripti prefata de cauſa ad p̄dictum ſcm̄ epum duce ſcō ſpū ꝑuenerunt. Et vt vtar oīno v̄bis ſcriptis ī legēda vite ſci Hugonis epiſcopi memorati ꝑ ſummū pontificem Innocētium q̄ eum canoniſauit approbata ⁊ confirmata adeſt mgr̄ Bruno vir religioſus ſcie̅tiaq̄ꝫ famoſiſſimꝰ honeſtatis ⁊ grauitatis ac totiꝰ maturitatis q̄ſi quoddam ſimulachꝝ. Habebat aūt ſocios mgr̄m Laudui num q̄ poſt eum extitit prior carthuſie. ⁊ duos ſtephanos hi ſci Rufi canonici fuerūt. ſꝫ deſiderio vite ſolitarie eis ſeſe cōiunxerūt. Hugonem q̄ꝫ quem cognominabāt capellanum eo ꝙ ſolꝰ ex ipī ſacerdotis officio fungeret̄ duos q̄ꝫ laicos q̄s appellamꝰ cōuerſos Andream ⁊ Garinū. Querebāt autem locum hēmitice vite cōgruū necdum reppera̅t. hac igit̄ ſpe ſimul ⁊ ſue ſcē cōuerſatiōis odore trahe̅te venerūt. Quos eps nō ſolum gratanter. ſed ⁊ reuere̅ter ſuſcepit ⁊ tractauit ⁊ voti cōpotes fecit. Ipſo nāq̄ꝫ conſule̅te iuuante ⁊ cōicante carthuſie ſolitudinē intrauerunt atq̄ꝫ extruxerūt. Anno dn̄i. M.lxxxiiij. epiſcopatꝰ vero dicti ſci hugonis quarto. viderat āt prefatus ſcūs ep̄s circa idē tempꝰ per ſomniū in eadem ſolitudie deum ſue dignatiōi habitaculū conſtrue̅tem ſeptem etiam ſtellas itineris ſibi ducatum preſtātes erāt vero hi ſeptem. Quapropt̄ non iſtoꝝ tm̄. ſed ⁊ q̄ ſucceſſerūt eis cōſilia libe̅ter amplexꝰ eſt. ⁊ vſq̄ꝫ ad mortem carthuſie habitatores conſilijs ſemꝑ ⁊ bn̄ficijs fouit. licet v̄o ⁊ primitꝰ diuini amoris totꝰ arde̅t incendijs nō aliter tamē ad diſcipline celeſtis exercitia eoꝝ exemplis ac familiaritate inferbuit. q̄ꝫ ſi flammāti q̄s faci plures alias circumponat arde̅tes. Erat autem ⁊ cum eis nō vt dn̄s aut ep̄s. ſed vt ſeruꝰ ⁊ frater humillimꝰ. ⁊ ad cūctoꝝ quātum in ip̄o erat obſeq̄a paratiſſimꝰ Adeo vt vir venerabilis willhelmꝰ tunc prior ſci laurētij poſtea ſancti theofridi abbas mgr̄o brunoni etiam ip̄e religioſa deuotiōe nō mediocriter alligatꝰ bt̄i hugonis cōtubernalis (bini quippe tūc ꝑ ſingulas habitabāt cellas) apud mgr̄m brunonē nō leuit̄ cōqueret̄ ꝙ pene oīa ad humilitatē ſpectātia intra cellulam ſibi tanq̄ꝫ patri paret officia ⁊ ep̄s nō ſaltem ſecū vt ſociꝰ. ſed potiꝰ cōuerſaret̄ vt famulꝰ. Intātum autē heremū deuotꝰ incolebat et ſedulꝰ vt eum mgr̄ bruno nōnunq̄ꝫ exire cōpelleret dicēs Ite ad oues veſtras eiſq̄ꝫ q̄d debetis exſoluite

¶ Aliud exemplum

¶ Refert doctor Jacobꝰ carthuſiēſis ī libro de pctīs mētalibꝰ
et crimīalibꝰ Duo frēs religioſi honeſte ꝯuerſatiōīs ſe mutuo
cordialiṫ dilexerūt inter q̄s vnꝰ mortuꝰ alteri apparuit ī orōne
procūbenti Quē viuꝰ vidēs ī vili habitu ⁊ vultu meſto. inqui-
ſiuit cur ſic apparēt: Rn̄dit defunctꝰ tribus vicibꝰ dicens. Ne
mo credit. nemo credit. nemo credit. Queſiuit viuus quid eſſet
qd̄ nemo credit. Rn̄dit defunctꝰ. q̄ꝫ diſtricte iudicat deꝰ. ⁊ q̄ꝫ ſe
uere punit. His dictis diſparuit ⁊ viuētem frēm magno timo-
re cōcuſſum dereliqt

¶ Aliud

¶ Quidam rex fuit magnꝰ ⁊ glorioſus ⁊ factum eſt ꝓcedēte il
lo in curru deaurato cum regali obſequio obuiaſſe illi duos vi-
ros attritis ⁊ ſordidis īdutos veſtibꝰ: attenuatas macie ⁊ pal-
lidas facies habētes. vt ergo rex vidit illos deſiliēs cōfeſtim de
curru. ⁊ in terram ꝓcidēs adorauit ⁊ ſurgēs amplexꝰ eſt eos af
fectuoſe oſculās. Magnates vͦo illiꝰ ac ꝓceres de hoc indignati
ſunt arbitrātes eum feciſſe indigna regali gloria non tn̄ auſi in
faciē illum rephēndē germano fratri eiꝰ ſuggeſſerūt vt ei loq̄ret
ne tāte excellētie diademati tātam inferat cōtumeliam. Qui cū
fratri iſta dicēt ⁊ eiꝰ humiliationem rephēndēt ei rex rn̄ſum de
dit qd̄ tamē ille nō intellexit. Cōſuetudo āt erat illi regi quādo
ſn̄iam mortis cōtra aliquem dictabat p̄conem ſuū ante ianuaꝫ
illiꝰ cum tuba huic officio deputata mittē. Cuiꝰ voce oēs ꝯgno
ſcebāt mortis reum eſſe. Veſpe igiṫ veniēte miſit rex bucinam
mortis tubicinare an̄ ianuam frīs ſui. Quā cum audiſſet ille de
ſalute deſperās tota nocte ſua diſpoſuit ac ſummo diluculo ni-
gris ⁊ lugubribꝰ indutꝰ veſtibꝰ cum vxore ⁊ filijs ꝑgit ad fores
palacij flens ⁊ lugēs. Quē rex ad ſe ingredi fecit ⁊ vidēs eū lu-
gētem ait. O ſtulte ⁊ inſipiens ſi tu ſic timuiſti p̄conem germa
ni frīs tui aduerſus quem te nihil deliquiſſe cognoſcis. quō mi-
hi rephēnſionē intuliſti q2 in humilitate ſalutaui ⁊ oſculatꝰ ſum
precones dei mei ſonorabilꝰ tuba mortē mihi ſignificātes ⁊ ter
ribilem dn̄i occurſum cui multa ⁊ magna meip̄m peccaſſe cōſciꝰ
ſum. Ecce deniq̄ꝫ tuam arguens inſipiētiam iſto vſus ſum mō.
Nūc vͦo ⁊ illoꝝ qui te miſerūt ad mei rephēnſionē ſtulticiā ar-
guere curabo ⁊ ita frēm inſtructū remiſit domū precepit āt fieri
de lignis q̄ttuor arcellas ⁊ duas q̄dē vndiq̄ꝫ auro coop̄tas oſ-

ſacꝫ mortuoꝝ putētia mittēs in eis aureis obſerauit ſeris. Ali
as ꝟo duas pice ⁊ bitumīe liniēs repleuit lapidib⁹ precioſis ⁊ i
eſtimabilib⁹ margaritis ⁊ oīm vnguētoꝝ odorib⁹ funiculiſqꝫ ci
licinis aſtrinxit. deinde accerſiri fecit rephenſores ſuos magna-
tes ſcꝫ illos ⁊ ꝓceres ⁊ poſuit ante eos q̄ttuor ipas arcellas vt
eſtimarēt quāto quidē iſte quāto ꝟo ille ꝑcio ſint cōdigne. Illi
vero deauratas magni ꝑcij iudicauerūt. Expedit em̄ inquiūt i
ter regalia diademata poni. q̄ ꝟo illinite pice ⁊ bitumine erāt vi
li quodā ⁊ exili ꝑcio dignas dixerūt Rex āt dixit ad illos. Scie
bam ⁊ ego talia vos dicturos exteriorib⁹ em̄ oculis exteriora
cernitis et tñ nō ita oportet facere ſed īterioꝛib⁹ oculis ītrinſec⁹
repoſita expedire ſiue honorē ſiue cōtumeliā. Et mox ꝑcepit vt
aperirent̄ arcelle deaurate ex quib⁹ reſeratis dirus fetor exala-
uit ⁊ fetidiſſim⁹ viſus ē aſpect⁹. Ait ergo rex. Iſte typ⁹ eſt eoꝝ
qui ſplēdidis q̇dē et glorioſis induūtur veſtib⁹ ⁊ potētia elati
ſunt ſꝫ intrinſec⁹ mortui maligniſqꝫ opib⁹ referti ſunt. Deinde
picatas bituminataſqꝫ ꝑcipiēs diſſolui ⁊ aperiri ⁊ cunctos qui
aderāt letificauit eoꝝ q̄ int⁹ erant ſplēdore ⁊ odore. Nūc ait ad
illos. Scitis q̇b⁹ ſilīa ſunt iſta. Humilib⁹ illis q̄ vilibus operti
erāt veſtimētis q̄ꝝ vos exteriorē attēdentes habitū contume
liā putatis meā ante faciē eoꝝ in terra adoratione. Ego ꝟo ītel
lectualib⁹ oculis reuerentiā illoꝝ ⁊ decorē ꝯſiderās aīaꝝ glorifi
cat⁹ q̇dē eoꝝ tactu oī corona ⁊ regali vniuerſa purpura ꝑcioſio
res iſtos exiſtiaui Illos igit̄ ꝯfundēs docuit ne errarēt ī his q̄
foris apparerēt ſꝫ interna attēderēt. ¶ Aliud ex li. Apū.
¶ Magiſter Symō de tornaco Pariſi⁹ in theologia regebat.
Et erat excellēs doctor ille ſuo tpe ſed cōtra decētiam talis offi
cij incontinēs ⁊ ſupb⁹. Hic cum ſup oēs doctores ciuitatis audi
tores hrēt ⁊ in ſchola corā oīb⁹ de humilitate altiſſime doctrine
chriſti q̄ſtionē diſputatiōe ꝓhibita terminaret ī fine tādem ⁊ re
probū ſenſum ī execrāda cōtra chriſtū blaſphemie ꝟba ꝓrupit.
Tres ſunt inq̄t qui mūdū ſectis ſuis ⁊ dogmatib⁹ ſubiugarūt
moyſes chriſt⁹ ⁊ machumet⁹. Moyſes primo iudaicū populū
infatuauit. Scdo chriſt⁹ a ſuo noīe chriſtianos. Tercio gētilē
populū machumet⁹ Nec mora euerſis oculis ſcꝫ ꝓ humana vo
ce horribilē mugitū emiſit ⁊ epilētia ſtatim eliſus ī terrā die ter
cio eiuſdē morbi mortem accepit plaga ergo īſanabili ꝑcuſſit eū

omnipotēs ⁊ omni ſciā vſqꝫ ad prima litteraꝝ elementa priua
uit. ſed grauiori in aīa cum hac plaga ꝑcuſſus eſt. Tnm vſqꝫ in
diem mortis ſue q̄ſi mut⁹ comꝑatus eſt iumētis inſipientib⁹ et
in luxurię feditate ꝑmanſit. Et vide ſumme ammiratiōis mira
culū Aleydē fornicariam cōcubinam ſuam nomīare poterat ⁊
ſciebat Boetium ꝯo de triuitate q̇ iuxta eum ad ſpectaculū po
nebať. quem olim cordetenus ſcierat poſt inditam plagam. nec
nomīare nouerat nec valebat. Nō trāſgrediaris ergo termīos
cōſtitutos ⁊ pium modum ſempˀ habeas in ſcripturis.

¶ Aliud ex libro Apum.

¶ Juuenis quidam in theutonie partib⁹ ex ſanguīe principium
pleniſſime generoſus. Sꝫ morib⁹ ⁊ vita degener epiſcopatum
male accepit. Qui rapinis ⁊ luxurijs verecūde primo. ſꝫ inuere
cundiſſime poſtmodū opam dedit. Caſtigauit āt eum dn̄s fla
gello multiplici. ſꝫ cum abutereť eo in ſupbiam dedit eum dn̄s ī
mortem reprobam. Qua in hora venerabilis Conrad⁹ deo di
gnus hildemēſis ep̄s ad matutinas intēpeſte noctis ſilētio ſur
rexerat illiſqꝫ dictis reſederat ad ſtudium factur⁹ in die ſermo
nem. Nec mora rapt⁹ in ſpū vidē ſe viſus eſt ep̄m quendā vela
ta facie ſed infulis inſignitum ad tribunal iudicis rapi. Mox aſ
ſunt truci vultu ſatellites accuſant ep̄m. vn⁹ in rapina. alius in
cede hoīm atqꝫ alij in luxurijs lubricantē. Tunc iudex aſſeſſori
bus ſuis ait. Accuſate diſcutite librate iudicium ferte ſnīam nec
mora aſſeſſores parent iudici ferunt in cōmuni ſnīam iudex ap
probat latam. Accedunt miſtri ſupra fuliginē nigriores ⁊ abla
ta mitra de capite anulum caſulā dalmaticam ac reliqua epiſco
palia indumēta detracta. ad pedes iudicis deponūt. nudūqꝫ re
lictū cum clamore rapiūt eiulantē et a facie iudicis trahunt ad
tartara nihil ſecum p̄ter pctā portātem. Mox aſſeſſores iudicꝭ
ſurgunt ⁊ cū cantu ſonoro ſubiungūt. Dum temp⁹ habem⁹ bo
num ad oēs opemur. His viſis in ſpū dict⁹ hildemēſis ep̄s ī ſe
reuerſus cogitare cepit quiſnā fuerit ille miſerabilˀ p̄ſul. Tum
ecce quidā ad oſtiū pulſans ītromiſſus ē cū lachrymis clamans
talē ep̄m in ꝓxima villa veniſſe de veſpe ⁊ ſub eadē noctis hora
ſubitanea morte ſubtractū. Quo audito ſcūs p̄ſul miſerrimo il
lo defuncto cōdoluit ⁊ licet inaniter quātum ad ſubuētionem ꝓ
pietate tn̄ lachrymas amariſſimas fudit.

¶ Ex ceſario exemplum.

¶ Añ annos paucos rome quidā cardinalis defunctꝰ eſt noīe Jordanꝰ. qui quondā de ordīe ciſterſieſi aſſumptus. ſed vita ordini ī eo mīme cōcordabat. Erat em̄ auarꝰ valde ſicut a q̇dā abbate audiui. Habebat āt notariū quendā noīe Pandolphum. Hūc cum ꝓ quodā negocio neſcio q̄ miſiſſet interim expirauit. Eadē hora cū ille expleto negocio rediret mane añ lucem cateruam miſerabilē in agro cōtemplatꝰ eſt. Sedebāt hoīes in iumētis ī ore caudas hñtes: verſis dorſis ad capita illoꝝ. Quos Jordanꝰ cardinalis cuculla indutꝰ nudis pedibꝰ ſequebat̄ duobus demonibꝰ ſe ducentibꝰ. Jn q̇ꝝ aſpectu dum notariꝰ nimis horrēt clamauit cardīalis Pādolphe pādolphe. Subſiſtēte clerico ⁊ dicēte. Quis es. aut q̇d clamas? Rn̄dit ille. Ego ſum iordanꝰ dn̄s tuꝰ ⁊ mortuꝰ ſum. Dicēte illo. quo ducimini? ille rn̄dit. Añ tribunal chriſti. Et ille. Noſcis q̇d de vobis ſit futurum. Nō noui inq̇t deꝰ ſcit. ſ; cum illic venero btūs Petrꝰ de cardinalatu meo ꝓ me redditurꝰ eſt rōem ſanctꝰ vero Bn̄dictꝰ de cuculla ꝙ ſi illam inde obtinere poterit ſaluabor. ſin autem damnabor. Sicq; oculis eiꝰ ſubtractus eſt.

¶ Sunt ibi tortores ſerpentibꝰ horribiliores. deformes nigri. ſed nō ad verbera pigri. nunq̄ laſſant̄. ſed ſp̄ ad hec renouant̄

¶ Chriſoſtomꝰ. ꝙ amarum erit ī iudicio ſepari a viſiōe dei Si mille mihi gehēnas ꝓponas non tm̄ reputo ſicut ab illiꝰ glorioſe iocūditatis ſocietate expelli ⁊ exoſum fieri creatori

¶ Jdem ad demetriadem ponamꝰ ante oculos.

¶ Autoritates ſcōꝝ de iudicio extremo

¶ Gregoriꝰ. Penſate frēs chariſſimi añ cōſpectum tāti iudicꝭ. quis ī illo die terror erit qn̄ iam pena remedium nō erit. Que illa cōfuſio cū reatu ſuo exigēte ꝯtinget in cōuentu oīm hoīm angeloꝝq; erubeſcere Quis eñ pauor quē ⁊ tranquillū mens corpore nō valet etiam iratū vidē. quem bn̄ Sophonias deſcribit dicēs. Dies ire. dies illa. dies tribulatiōis ⁊ anguſtie. dies calamitatis ⁊ miſerie. dies tenebraꝝ ⁊ caligīs. dies nebule ⁊ turbīs dies tube ⁊ clangoris. Penſate frēs extremi diē iudicij ſup corda reproboꝝ qua aſperitate ꝓpheta vidit amareſcere quem tot appellationibꝰ non valet explicare

¶ Itē Que mens erit hoīs eterni iudicis pn̄tiam nō formidās

Ibi em̄ tūc ſimul oīa pctā ante oculos redeūt. ibi cuncta q̄ cum delectatiōe acta ſunt cum pudore ad memoriā reuocant.

¶ Bernardꝰ. Ue mihi miſero cū venerit dies illa iudicij. ⁊ ap̄ti faerunt libri in quibꝰ omnes reatus mei ⁊ cogitationes domino preſente recitabūtur

¶ Hieroꝰ. Siue comedā ſiue bibā ſiue aliud qd faciā. ſꝑ inſonare videt auribus meis illa terribilis tuba. ſurgite mortui veite ad iudiciū. qꝛ quotiēs diē illū cogito toto corꝑe ꝯtremiſco.

¶ Chryſoſt. Dicet āt chriſtꝰ damnatis. Ego ꝓpt̄ vos hō factꝰ ſum. ꝓpt̄ vos alligatꝰ ⁊ illuſus ſum ⁊ ceſus ſum ⁊ crucifixꝰ ſum Ubi tantaꝝ iniuriaꝝ meaꝝ fructꝰ. Ecce precium ſanguīs mei quē dedi ꝑ redēptione aīarū veſtraꝝ. vbi eſt ſeruitꝰ vr̄a quā ꝑ precio ſanguis mei dediſtis. Ego ſuꝑ gloriā meā vos habui cū eſſem deꝰ apparēs hō. ⁊ viliorē me oībus rebꝰ vr̄is feciſtis Nā rem viliſſimā terre: amplꝰ dilexiſtis q̄ȝ iuſticiā meā ⁊ fidē

¶ Gregoriꝰ. O q̄ȝ anguſte erūt vndiqȝ vie reprobis. Superiꝰ erit iudex iratꝰ. Inferius horrendū chaos. A dextris pctā accuſantia. A ſiniſtris īfinita demonia ad infernū trahētia. Intus cōſcia vrens. Extra mūdꝰ ardens. Miſer pctōꝛ quo ibit. ⁊ ſic deꝑhenſus q̄ fugiet. latere em̄ erit īpoſſibile apparē itolerabile.

¶ Augꝰ. Mallent reprobi omne tormentū ſuſtinē inferni q̄ȝ faciem irati iudicis cernere. Et dicēt montibꝰ ⁊ petris. cadite ſuꝑ nos ⁊ abſcōdite a facie ſedētis ſuꝑ thronū ⁊ ab ira agni

¶ In diebꝰ illis querēt homines mortem ⁊ non inuenient eam et deſiderabūt mori. ⁊ fugiet mors ab eis.

¶ Bernardꝰ. Quid tam pauēdum. quid tam plenum vehemētiſſime ſollicitudīs excogitari pt̄ q̄ȝ iudicādis aſtare illi tā terrifico tribunali ſub tā diſtricto iudice expectare ſniam

¶ Ancelmꝰ. O lignum aridum ⁊ eternis ignibꝰ dignum quid reſpondebis in illa die cum exiget a te vſqȝ ad ictum oculi omne tempꝰ viuendi tibi impēſum qualit̄ fuerit a te expēſum Ue q̄t pctā proruēt tibi ex iprouiſo q̄ſi ex inſidijs q̄ nō vides ⁊ fortaſſis terribiliora his q̄ vides. tūc quippe ꝯdemnabit quid fuerit i te inuētum. opis vel ocij vel ſermonis vſqȝ ad minimā cogitationem. etiam ꝙ viriſti ſi nō fuerit ad dei volūtatē directū Penſa cuiꝰ ſit fortitudis ⁊ horroris tuū atqȝ oīm cōtempſiſſe creatorē offendiſſe dominum maieſtatis.

¶ Ambroſi⁹. O aīa nunq̃ excidat a memoria tua Ite maledcī in ignē eternū. Venite bn̄dicti pcipite regnū. O qd pt lamētabilib⁹ ꝛ terribili⁹ cogitari q̃ ite maledci in ignē eternū. Et quid poteſt delectabili⁹ cogitari q̃ venite bn̄dicti pcipite regnū. due voces q̃ꝝ nihil terribili⁹ vna ꝛ nihil iocūdius altera iueniri pt.

¶ Bernard⁹ in meditationib⁹ ſuis. Quiſputas tūc meror erit quis luct⁹. que triſticia cū ſepabunt impij a cōſortio iuſtoꝝ ꝛ a viſiōe dei ꝛ traditi in ptātem demonū ibunt cū ipſis ī ignē eternū. ibiq̃ ſemp erunt ſine fine i luctu ꝛ gemitu. ꝓcul quippe a beata padiſi patria exulati cruciabunt in gehēna ppetua nunq̃ lucē viſuri. nunq̃ refrigeriū adepturi. Sed p milia miliū annoꝝ in īferno cruciādi nec inde vnq̃ liberādi. vbi nec q̇ torquent aliqn̄ fatigant. nec qui torquentur aliqn̄ moriunt. Nihil ibi aliud audiet niſi flet⁹ ꝛ planct⁹ gemit⁹ ꝛ vlulat⁹ merores ꝛ ſtridores dentiū. Nihilq̃ ibi videbit niſi vermes ꝛ laruales facies. tortores atq̃ teterrima mōſtra demonioꝝ. Ardebūtq̃ miſeri ī igne eterno in eternū ꝛ vltra. In carne cruciabūtur p ignē. In ſpū per cōſcientie vermē Ibi erit dolor ītolerabilis. fetor icōpabilis timor horribil. mors corpis ꝛ aīe ſine ſpe venie ꝛ mīe. Sic tamē morient vt ſemp viuāt ꝛ ſic viuēt vt ſp moriātur. Ita aīa pctōris in īferno cruciabit ſine fine ꝓ pctis ꝛ aīa iuſti ꝓ bonis meritis in padiſo collocabit. Nunc āt alterū e duob⁹ eligam⁹ aut ſp cruciari cum ipijs. aut ppetualit letari cum ſcis. bonū ſiquidem te malū mors ꝛ vita añ nos ſunt poſita vt ad q̇ voluerim⁹ manū extēdam⁹. Si tormēta nos nō terrāt ſaltē pmia inuitēt.

¶ Finiunt exempla de extremo iudicio
Secundo nouiſſimorum.

## ¶ Incipit Tertium nouiſſimoꝝ de inferno.

Tercium nouiſſimoꝝ cui⁹ ſalubris recordatio a pctis prohibet ē inferu⁹ ſeu gehēna. Vn̄ narrat Athanaſi⁹ de ſcō anthonio hēmita. Q̄ cum diabol⁹ cum tētaret de aliquo pctō ipſe penas eterni incendij pctō debitas reme

moꝛās eidē ſe opponebat Et ſic tādē vicit diabolū ⁊ liberabat̃ a tētationib⁹ ꝑmanēs immunis a pctō Circa quā materiā inter cetera ſunt tria ſpecialit̃ conſiderāda. Primū eſt diuerſimoda noīatio penaliū locoꝝ. Secundū eſt multimoda afflictio ſodaliū infernoꝝ. Terciū eſt varia cōditio infernaliū tormentoꝝ q̄rū memoria valde p̄ſeruat hoīem ne cadat in pctā

¶ Q̃ multimoda eſt noīatio infernaliū locoꝝ

De ſuperi⁹ poſitis primū principalit̃ declarādum ē diuerſimoda noīatio penalium locoꝝ. Igit̃ ſciēdum ē ꝙ infern⁹ eſt locus igne⁹ ab infero ſic dict⁹. Nam aīe reoꝝ ibi inferunt̃ ad eternalit̃ puniendū. Vñ Job. vij. Qui deſcenderit ad infernū non aſcēdet. nec reuertet̃ vltra in domū ſuam. Et ſic infern⁹ appellatur gehēna ignis. vñ Grego. in q̃rto dialogoꝝ. Vn⁹ quidē gehēne ignis credend⁹ eſt ſed non vno modo oēs cruciat pctōres Vnuſquiſqꝫ em̃ in quātuꝫ exigit culpa tm̃ illic recipiet de pena Itē Iſido. li. primo de ſummo bono Ignis gehēne ⁊ lucebit miſeris ad augmētum pene vt videāt vñ doleāt. ⁊ nō lucebit ad cōſolationē ne videāt vñ gaudeāt. Item ibidē In gehēna duplex eſt damnatoꝝ pena quoꝝ mentē affligit triſticia. ⁊ corp⁹ comburit flamma. Ignis iſte gehēnalis ineffabilit̃ cruciat pctōres. De q̄b⁹ ſic dr̄ in pſal. Cadent ſup eos carbones. in ignē deijcies eos in miſerijs nō ſubſiſtēt Itē dñs in ira ſua cōturbabit eos ⁊ deuorabit eos ignis. Quapropt̄ ſcribit̃ Eſa. ix. Igni erit cibus Hie. xv. Dicit dñs ad dānatos. Ignis ſuccēſus i furoꝛe meo ſuper vos ardebit. Iſte ignis talit̃ inflammat⁹ eſt ⁊ ab ira iudicis ſuccēſus ꝙ nouo incēdio nō indigebit āmodo. ⁊ vſqꝫ i ſempit̃nū Hic eſt ꝙ dr̄ Job. xx. Deuoꝛabit eos ignis q̄ nō ſuccēdetur. O q̄ꝫ dure vindicabit ſe tunc dñs de miſeris pctōrib⁹ condemnat̄ Vñ Eccī vij. Vindicta carnis impij. ignis ⁊ vermis Differt autem ille ignis īfernalis ab iſto igne materiali pcipue in trib⁹ Primo in acerbitate. Eſt em̃ acerbioꝛ q̄ſi in infinitum. Vnde dicit ſanct⁹ Sebaſtian⁹ cui angel⁹ ad aurem ſtabat. ꝙ iſte ignis ſenſibilis ita ſe habet ad ignem gehēnalem ſicut ignis in pariete depict⁹ ad iſtum ſenſibilem. Secūdo in duratiōe. Nam iſte ignis p̄t extingui. ille vero nō. Vñ Eſa. vlti. Ignis eoꝝ nō extinguet̃. Mat. iij. Paleas autem comburit igni inextinguibili.

Paleas.i.pctõꝛes. Tercio in cõſumptione. Nam iſte ignis pt
omnia cõſumere. Nam ſm phũm. Q̄ia cõſumit materia ignis
Ille ꝟo non pt cõſumere. nec corpa nec ſpũs quos vrit. Vñ de
pctõꝛe conſtituto in īferno dꝛ Job. xx. Auet oīa q̄ fecit. tñ non
cõſumet᷑. Hinc eſt ꝙ dt Chryſoſt. in li. de repatiõe lapſi. Ignis
iſte q̇ in pñti vita eſt cõſumit cuncta q̄ recipit. Ille ꝟo q̄s ſuſci-
pit ſemꝑ cruciat᷑. ⁊ pene ſue ſemꝑ integros reſeruat. ꝓptea ⁊ in-
extinguibilis dꝛ. Nõ ſolum qꝛ ipſe nõ extinguet᷑. ſed qꝛ nec eos
quos ſuſcipit perimit ⁊ extinguit. Scriptura eñi dicit. Quia
pctõꝛes induēt incorruptionē. ſed non ad honorem vite. ſed ad
diuturnitatē ſupplicij ꝑfuturā. Huiꝰ autem pene vim ⁊ ignis
illiꝰ potētiam. nulla vox exponē ⁊ nullꝰ ſermo poterit explica-
re. Ibi q̇d agamꝰ. quid rñdebimꝰ Nihil erit ibi niſi ſtridoꝛ den-
tium. niſi vlulatꝰ ⁊ fletus ⁊ ſeua pm̄a ceſſantibꝰ vndiq̄ȝ auxilijs
et vndiq̄ȝ inualeſcentibꝰ penis. Et ignis ille ſicut nõ hȝ naturā
cõſumendi. ſic nec illuminādi. ſȝ eſt ignis obſcurus ⁊ flāma tene
broſa. Tercio infernꝰ dꝛ locꝰ inquietus. Vñ in reꝝ natura q̇-
dā locus ſꝑ eſt quietꝰ. vt ſupioꝛ ps mūdi Quidā q̄n̄q̄ȝ quietꝰ et
q̄n̄q̄ȝ turbatꝰ. vt ps eiꝰ media. Sic ꝓbabile eſt terciā ꝑtē ſcȝ in-
ferioꝛem ſemꝑ eſſe turbatā. ⁊ ideo dꝛ tartarꝰ Nam ſm Papiā
Tartarus dꝛ turbatꝰ. Prouenit aūt inquies ſiue turbatio ibi
ſpecialit᷑ ex tribꝰ. ¶ Primo ex penaꝝ varietate. ſicut tempꝰ di
cit᷑ eſſe turbatum qnā do mixtum eſt cum pluuia grandine niue
et huiõi. que dicūtur eſſe in īferno. Vñ pſ. Pluit ſuꝑ peccato-
res laqueos ignis ſulphur ⁊ ſpũs procellaꝝ pars calicis eoꝛuȝ.
¶ Secūdo ex miniſtroꝝ vexatione. Hieremie. xvi. Seruietis
dijs alienis qui nõ dabunt vobis requiem die ac nocte. ¶ Ter
cio ex mutuo clamoꝛe. Eſa. xlv. Vos clamabitis pre doloꝛe et
pre cõtritione ſpũs vlulabitis. Certe tūc cuilibet vlulanti ⁊ ſic
clamāti reſpondebit dominꝰ Hieremie. xxx. Quid clamas ſuper
cõtritione tua inſanabilis eſt doloꝛ tuꝰ ꝓpter multitudinem ini
quitatis tue. ꝓpter dura pctā feci hec tibi. Tercio dꝛ infernꝰ lo-
cus intemperatiſſimꝰ. Vñ dicitur auernꝰ quaſi ſine vere. i. ſine
temperātia Nam pene nõ ſunt ibi in aliquo tꝑate. ſed ī ſummo
gradu ⁊ exceſſu maximo. Sūt enim ibi tenebre vltra modum
exceſſiue. propter quod Matthei. xxij. dicuntur tenebre exterio
res. Exinde patet Exodi decimo capitulo de tenebris palpa-

bilib⁹ que fuerūt in egypto quāto magis erūt ibi grauiores. vn̄
Job. xx. Oēs tenebre abſcōdite ſunt in oculis ei⁹. Tunc pctōꝛ
dicet illud Pſ. Poſuerūt me in lacu īferiori in tenebris ꝛ i vm
bra mortis. Item Collocauit me i obſcuris ſicut mortuos ſecu
li. ꝛ anxiat⁹ eſt ſup me ſpūs me⁹. Silr ꝛ illud lamētatiōis. Hie
mie. iij. In tenebris collocauit me qſi mortuos ſempitnos. Itē
eſt ibi ſumm⁹ calor. ꝓpter qd dicit Job. xxiiij. Calor nimi⁹ Et
rō illi⁹ eſt. qꝛ non exaltat ſed incluſus ē ſicut calor in fornace. vn̄
Pſ. Pones eos vt clibanū ignis in tpe vultus tui. dn̄s in ira
ſua cōturbabit eos ꝛ deuorabit eos ignis. Ibi eſt ſummū frig⁹
Job. xxiiij. Ab aqs niuiū Aque ille dicūt aque niuiū q pre cete
ris aquaꝝ ſubſtātijs ſunt frigidiores. ꝛ huiꝰ ſignum ē ſtridor
dentiū qui eſt ſignum magni frigoris ꝛ algoris. Vn̄ Fulgēti⁹ i
epl'a. Duo ſunt pⁱcipalia in iferno tormēta ſcꝫ frig⁹ intolerabi
le. ꝛ calor ignis inextinguibil'. Et iō ſcribit Mat. xxij. qꝛ ibi erit
flet⁹ ꝛ ſtridor dētium. Flet⁹ nāqꝫ in liquefactiōe ocl'oꝝ de calore
naſcit. ſtridor vo dentium ex frigore cauſat Vn̄ Job. xxiiij. Ad
nimium calorez trāſeat ab aquis niuium. Vn̄ in libello metrico
de vita ꝛ geſtis alexādri. Attrit⁹ glacie niuiū. de frigore tranſit
ad penas. o ſuppliciū miſerabile ſemp ꝛ nunqꝫ morit quem car-
cer torquet auerni. ¶ Quarto dr inferu⁹ locus deſolatiſſimus
Hinc eſt qꝛ ſcdm papiam acheron vocat. ab a qd eſt ſine ꝛ cherō
ta gaudium qſi ſine gaudio. ꝛ h quo ad carētiam oīs boni. Vn̄
commētator auerrois. ij. Poetrie. In iferno cōtinuo eſt triſti
cia ꝛ meror ſine cōſolatiōe. Non eīn hn̄t damnati retro aliquā
cōſolationem a mūdo qꝛ non valēt eis ſuffragia. nec deſup de ce
lo nam ex hoc nō fluit ſup eos aliq mia. nec ſperāt grām de futu-
ro. Sic eīn nulla erit eis redemptiōis venia ꝛ ſic erunt triſtiſſi-
mi in deſolatiōe ſempiterna. Et ergo Sap. iiij. dr qꝛ vſqꝫ ad ſu-
premū deſolabūtur. Vn̄ Trenoꝝ pri. dt aīa dannata. Poſu
it me deſolatam tota die merore cōfectam. Eſa. xxiiij. Pctōꝛ
deſolabit in ſcl'a ſeculoꝝ. Heu dolor o pena. vach deſolatio ple-
na. Omni tormēto ſup hoc hō corde memēto.

¶ Q multimoda eſt afflictio ſodaliū infernoꝝ

Ordine debito nūc ſeqtur exponēdum qꝛ multimoda ē af
flictio ſodaliū infernoꝝ Tales eīn ſodales ſcꝫ diaboli ſunt
aſpectu horribiles. effectu crudeles ac tortores infatigabiles.

Primo ergo dico q̧ diaboli ſiue demones ſunt aſpectu multũ horribiles. ⁊ ꝓptea formis horribilibꝰ depingũtur in eccleſijs. ¶ Vñ legit̃ q̧ quidam religioſus de nocte ĩ dormitorio iacẽs cepit terribilit̃ clamare Et cũ veniſſent ad eũ alij frẽs videbãt eũ fixis oculis ad parietẽ immobilit̃ reſpicientẽ nec ad aliq̃d reſpõdentẽ. ſed mirabili horrore cõcuſſum ⁊ timore. Mane ãt a priore introgatꝰ quid ĩ nocte habuiſſet. rñdit ſe diabolũ vidiſſe. Requiſitꝰ cuius eſſet forme. rñdit: Hãc facilit̃ nõ poſſum deſcribere ſed hoc inq̃t dico. Si eſſꝫ ex vna pte furnꝰ ardẽs. ⁊ figura eiꝰ ex alia pte. magis eligerem intrare furnũ q̃ꝫ videre illã horribiliſſimã demonis figurã. Hinc ẽ q̧ btũs Ber. ſup pſal. Qui habitat ſic dt. Quid putatis frẽs. ſi alicui vnꝰ ex tã multis principibꝰ tenebrarꝫ in medium nr̃m irrueret ĩ tota feritate ſua ac tenebroſi corpis enormitate apparẽ liceret q̃s illũ poſſit vel corpis ſenſu ſuſtinẽ vel cordis. ¶ Et idõ ſicut in vitaſpatrꝫ legit̃ quidaꝫ ſenex dixit. Credo q̧ ſi aliq̃s videt demones in ea forma q̃ dãnati eos ſint viſuri. nõ poſſet viuẽ. ſꝫ ſtatim moreret̃. Vñ dt btũs Grego. de Criſorio q̧ cum infirmaret̃. ⁊ videret multitudinẽ demonũ ſibi aſtãtium. cepit altiꝰ clamare. inducias vſq̧ mane Et cũ hoc dicẽs vertẽt ſe huc atq̧ illuc ne videt eos. pre nimio timore vehemẽtiſſime ꝯturbatꝰ ſtatim moriebat̃. Cõturbati eñ ſunt qui videbãt eos ⁊ timuit oĩs hõ. Ecce q̃ꝫ horribiles erũt in affli ctu q̃ taliter occidũt cum ſolo aſpectu. vñ Job. xx. Vadẽt ⁊ veniẽt ſup eos horribiles. Et hoc eſt q̧ innuit Bernardꝰ vbi dt. O aĩa mea q̃s erit tibi pauor cũ dimiſſis omnibꝰ. q̃rũ tibi pñta tam iocũda. tam gratꝰ aſpectꝰ. cohabitatio tam familiaris. ſola pauẽs ignotã ingredieris regionẽ. cum tibi cateruatim deterrẽtia illa mõſtra deterrima occurrẽt. O quãta erit demonũ horribilitas ĩ formis aĩalium crudeliſſimorꝫ apparẽtium. Sap. xi. Pro eo q̧ errãtes colebãt mutos ſerpentes ⁊ beſtias ſupuacuas. ĩmiſiſti eis multitudinẽ mutorꝫ aĩalium ĩ vindictã. vt ſcirẽt q̧ per q̃ peccat q̃s. ꝑ hec ⁊ torquet̃. Non eñ impoſſibilis erat oĩpotẽs manꝰ tua q̃ creauit orbem terrarꝫ ex materia ĩuiſa ĩmittere illis multitudinẽ vrſorꝫ. aut audaces leones vel noui generis beſtias ira plenas. aut vaporẽ igneũ ſpirãtes. aut odorem fumi proferẽtes. aut horrẽdas ab oculis ſcintillas emittẽtes. q̃rꝫ nõ ſolum leſura poterat illos extermiuare. ſꝫ ⁊ aſpectꝰ ꝑ timorẽ oc

cidere. Hec ibidē. vñ Job. xvi. Hoſtis meꝰ terribilibꝰ oculis me
intuitꝰ eſt. Item eiuſdē vltimo. Sternutatio eiꝰ ſplēdor ignis.
et oculi eiꝰ vt palpebre diluculi. de ore eiꝰ lampades ꝓcedunt ſi-
cut tede ignis ſuccēſe. de naribꝰ eius ꝓcedit fumꝰ ſicut olle ſuc-
cēſe atq͡z feruētis. Vñ poeta refert. Sunt ibi ſerpētes flāmas
ex ore vomētes. De flatu q̄ꝝ pereunt aīe miſeroꝝ. Secundo in
effectu ſunt crudeles. Vñ Job. xvi. Collegit furorem ſuum in
me. ⁊ cōminans mihi. infremuit ꝯtra me dentibꝰ ſuis. Vñ pſ.
Aperuerūt ſuꝑ me os ſuū ſicut leo rapiēs ⁊ rugiēs. Item tēta
uerūt me ſubſannauerūt me ſubſannatiōe frenduerunt ſuꝑ me
dentibꝰ ſuis Vñ Eccl'. xxi. Dentes illiꝰ dentes leonis interfici
entis aīas hoīm. Hinc dr̄ pri. Pe. v. ꝙ diabolus tanq͡z leo rugi
ens circuit querēs quem deuoret. In die eīm nouiſſimo inuita-
bunt diaboli ad deuorādum pctōres. Eſa. lvi. Omnes beſtie a-
gri ⁊ vniuerſe beſtie ſilue venite ad deuorādum. Item Hiēmie.
xij. Venite ꝯgregami oēs beſtie terre, ꝓperate ad deuorādum.
De iſto refert exemplū btūs Grego. in li. dialogorū. Vñ dr̄ ꝙ
erat quidā Dorus noīe. non re. ſed tm̄ noīe monachꝰ cui nimiū
graue erat ſi qs ꝓ ſalute ſua ei aliqd loqueret. Nō ſolum āt bo-
na nō faceret. ſꝫ etiam nō poterat audire. Hic cum extremū age
ret ſpūm cōuenerunt frēs. vt egreſſum illiꝰ anime orādo ꝓtege
rēt. Tunc repēte cepit eiſdē frībus ibidē exiſtentibꝰ acclamare
necnō magnis vocibꝰ orōnes eoꝝ interrūpere ita dicēs. Rece
dite recedite. ego datꝰ ſum draconi ad deuorādum. qui ꝓpter ve
ſtrā pn̄tiam me non pt̄ deuorare. Caput meum iam ore ſuo ab
ſorbuit. date locū ne ampliꝰ me cruciet. ſꝫ faciat quod futuꝝ eſt.
Si ad deuorandum ipi datꝰ ſum q̄re ꝓpter vos moras patior?
Tūc frēs ceperunt ei dicē. Quid eſt qđ loq̄ris? Signū tibi ſcē
crucis iprime. Rn̄dit ille cum magnis clamoribꝰ dicēs. Volo
me ſignare. ſed nō poſſum. qꝛ ſquamis huiꝰ draconis ſtimulor ⁊
premor. Cūq͡z frēs hec audiſſent. ꝓſtrati in terram cum lachry
mis ceperūt ꝓ redemptiōe illiꝰ exorare. Et ecce cepit eger ſubi-
to cū magnis vocibꝰ clamare dicēs. Grās ago deo. ecce draco q̄
me ad deuorādum acceꝑat orōnibꝰ veſtris expulſus eſt. ⁊ oīno
receſſit. Itē in q̄rto libro dialogoꝝ refert idē Grego. aliud ex
emplū. Ait eīm ꝙ in ꝑtibꝰ Iconie in q̄dā monaſterio tōgalaton
noīe dr̄ accidiſſe ꝙ qdā fuit monachꝰ ſcūs reputatꝰ in cōſpectu

hoim qlls nō fuerat inuent⁹ apud deū. Nam cum frēs eum eſti mabāt ieiunare. latēter cōſueuerat comedē. Hic in agone ↄſtitu tus fecit ad ſe frēs generalit̄ cōuocari. q̇b⁹ ipſe dixit. Ecce nunc ad deuorandū traditus ſum draconi. q̇ caudā ſua genua mea pe desqꝫ meos fortit̄ colligauit. caput ꝟo ſuū in os meum mittens ſpm̄ meum ebibēs extraxit. q̇b⁹ dictis exſpirauit Et ſicut videt̄ ſunt ꝟba cōdemnati pctōris q̄ ſcribūtur Hiere. li. Comedit me abſorbuit me ſicut draco Iſte ē draco magn⁹ ꝛ rufus hn̄s ſeptē capita ꝛ decem cornua i capite ſuo de quo dr̄ Apoca. xij. Factuꝫ eſt ꝓlium magnū in celo. Michael ꝛ angeli ei⁹ preliabant̄ cū dra cone ꝛ draco pugnauit ꝛ angeli ei⁹ ꝛ non ꝑualuerūt. neqꝫ locus coꝝ inuent⁹ eſt ampli⁹ in celo. Et ꝓiect⁹ eſt draco ille magn⁹ ſer pens antiquus q̇ vocat̄ diabol⁹ ꝛ ſathanas. q̇ ſeducit vniuerſuꝫ orbem. Et ꝙ dr̄ ibidem Ue terre ꝛ mari. qꝛ deſcēdit ad vos dia bol⁹. Diabolus em̄ zelo nimio bonis inuidet q̇ conātur locum e⁹ poſſidē in celo de quo ip̄e miſerablr ꝓiect⁹ eſt in penas. Et quā tum magis appropinq̄t dies vltima. tāto ardētius tēptat ꝛ fer uet inuidia. O q̄nta erit demonū auſteritas ꝛ malicia de quib⁹ Bernard⁹ in ꝓſa. O q̄ impij tortores. tūc torq̄bunt pctōres et terribiles vltores vindicabūt malos mores. Hoꝝ autēꝫ crude litas ꝛ malicia diuerſimode cōfortatur. primo qꝛ plures ſunt ꝛ multi. Un̄ Ps. Multiplicati ſunt q̇ tribulant me. multi inſur gūt aduerſum me. Hinc ē quod dr̄ Iob. xix. Obſederūt in giro tabernaculū meum Un̄ legit̄ in vitaſpatꝝ. q᷒ quidā ſenex vidit demones circūſtantes hoīes ſicut apes. Et ergo dr̄ in Pſalmo Circumdederūt me ſicut apes. ꝛ exarſerūt ſicut ignis in ſpinis Secūdo. qꝛ fortes ſunt ꝛ potētes. q̇d᷒ Apl̄s innuit ad Ephe. vi. vbi vocat eos pricipes ꝛ ptātes ꝛ mundi rectores. Et qꝛ tā po tētes ſunt ꝛ tam fortes ad nocendum. Jdeo dr̄ in Pſal. Uim faciebāt q̇ querebāt aīam meam. Et alibi. Irruerunt in me for tes De hac etiā potētia dr̄ Iob. xl Non eſt ptās ſup terrā que comparet̄ ei qui fact⁹ eſt vt nullū timet. Omne ſublime videt. et ip̄e eſt rex ſup oēs filios ſupbie. Quidā āt potētiam ꝛ ſupbiaꝫ marie exercebūt in punitione maloꝝ ipſos crudeliſſime affligē do. Un̄ Ecci. xxxix. Sunt ſpūs qui ad vindictā creati ſunt. ꝛ i furore ſuo cōfirmauerūt tormēta. ꝛ in tp̄e cōſummatiōis effū dēt ꝟtutem ꝛ furorem ei⁹ qui fecit illos Nā furor illis ſm ſiſitu

dinē ſerpētis ⁊ ſicut aſpidis ſurde obturātis aures ſuas. Eſa.
liiij. Ego creaui fabꝝ ſufflantē in ignē prunas ⁊ ꝓferentē vas ī
opꝰ ſuū. ⁊ ego creaui īterfectorē ad diſꝑdendū. De hoc crudeli ī
terfectore pctōꝛ ꝯdēnatꝰ ſic loquit̄ Job. xvi. Circūdedit me lā-
ceis ſuis vulnerauit lūbos meos ⁊ nō pepcit. effudit ī terra viſ-
cera mea cōcidit me vulnē ſuꝑ vulnꝰ irruit ī me quaſi gigas.
Tercio ſunt demōes ī torquēdo īfatigabiles. vñ Danie. iij Nō
ceſſabūt miſtri regis ſuccendē fornacē. Vñ qdā. Sunt ibi tor
tores ſerpētibꝰ horridiores. Difformes nigri. ſed nō ad v̄bera pi
gri Nunquā laſſant̄. ſed ſꝑ ad hec renouant̄ Ad mala feruētes.
ſunt ad penaſqꝫ recētes. Sempꝫ triſtati. ſpqꝫ ferire ꝑati. Sempꝫ
inardeſcūt. nec ceſſant nec reqeſcūt. Hic ē qꝛ Deutro. xxviij. cui
libet pctōꝛi dr̄. Seruies inimico tuo quē īmittet dñs tibi ī fame
ſiti ⁊ nuditate. ⁊ in oī penuria. ⁊ augebit dñs plagas peſſimas
et ꝑpetuas. O quāta erit tūc dānatoꝝ pena q̄ ſine ītermiſſione
ſꝑerit ꝯtinua ſine pace ⁊ reqe ī miſeria ⁊ anguſtia. Vñ de pctō
ribꝰ dī Ezechie. vij Anguſtia ſuꝑueniēte reqrēt pacē ⁊ nō erit
cōturbatio veniet ſuꝑ ꝯturbationē. Itē Apoca. xiiij. Nō hñt
requiē die ac nocte q̄ adorauerūt beſtiā ⁊ imaginē eiꝰ Tūc pctōꝛ
bñ poſſet dicē hoc qđ ſcribit̄ Eſa. xxxviij. Nō videbo dñm deū
in t̄ra viuentiū. nec aſpiciam hoīem vltra ⁊ habitatorē quietis.
Silr̄ ⁊ illud Hie. lxv. Ve mihi miſero. qꝛ addidit dñs dolorem
dolori meo ⁊ requiē non iueni. Certe tūc ꝯuertet̄ dolor eiꝰ in ca
put eiꝰ. ⁊ in verticē illiꝰ iniqtas eiꝰ deſcēdet

¶ Qꝛ varia eſt cōditio penaꝝ infernoꝝ.

